C Ferueo habet ferui & ferui in preterito. valde caleo: fuctuo: & irascor. Co
niueo habet conniu. & connixi. oculos claudio. consentio; dissimulo; vng
caret supino.

Let/ciet/atq; viet/plet/net/quiet/atq; suet/flet/

Huc vi preterito tibi donant: tumq; supino.

C Odo sunt verba sequunde coniugationis que habent ui. in preterito. & i
men in supino quor um tertie persone in textu iunt. composita tamen spongia
simplicia in vsu habentur. Leo. es. leui. letum. struo. hic de leo. eleo. proleo qui
ide significant. Cieo. es. ciui. citu. voco moueo. hinc excieo concieo accieo. &

C Vleo. es. vieui vietum ligo infector. Plaut. in Baccidi. Viden. tu illo ore
los viere. i. inflecti. Pleo. es. pleui plenum plenum reddo. sic impleo compleo;
pleo. &c Neo. es. neui nel um filio. Quieo. quies cui. quietum ocyonox. si re
quieo vel requiesco. acquieo vel aquiesco &c. Sued. sues. cui. suetum. soleo. si
confuso vel confusco. assueo vel assuesco &c. Fleo. es. ui. fletum. doleo. si de
fleo; confleo; perfleo &c.

Dans oleo per ui:natum per ui dat/ & eui.

Q uod solum etum dat. sed vult adoleuit adulturn.

C Oleo habet olui in preterito & olitum in supinō per generalem regulam. q
eius composita habent ui. & eui. in preterito & etum in supino. vt aboleo es
ui. vel aboleui aboletum. sic exoleo. obsoleo: &c. Sed adoleo adului vel adolui
habet in supino adulturn. i. cresco vel sacrifico.

Ardeo/rideo/suadeo/mulgeo/tergeo/mansi.

Hareo/mulgeo/torqueo/cumq; indulgeo/iussi.

Dant si. sum. sed habent indulgeo torqueo velutum.

C Undecim sunt verba sequunde coniugationis qua habent si. in preterito. &
sum in supino. inter que hec duo indulgeo & torqueo etiam habent tum. At
deo. es. arsi. arsum. incedo/amo/cupio/pledeo. Rideo. es. risi. ritum. riui gaus
dium vel indignationem ostendo. Suadeo. es. suasi. suatum. hortor consueto
Mulgeo. es. sum. lenio/mollio/blandio/mitigo/dulceri facio/vmgo; dulci

De præteritis & supinis verborum. Eo.lxvij.

polio. Tergeo/es/terfū/tersum/erundo nitidum facio pro eodem tergo is. dicitur. Maneo/es/fi/sum/moror vel e xpecto. Hæreo/es/fi/hæsu3/affigor vel dubito. Mulgeo/es/fi/sum/lac extraho. Torqueo/es/fi/torsum vel tortum premo punio/projicio. Indulgeo/es/fi/indulsum vel induitum gratam operam impe do. Lubeo/es/iu/fi/iustum/s/duplicato/mando/saluto.

frago/et/2
frago/gab.

Quod nihil ex maneo mutat simplex imitatur

Sed quod a vertit in i minui facit: absq; supino.

Compositum a maneo/es/retinens/a sequitur regulam simplicis: ut per mano permansi permanui: remaneo remansi: sum &c. Sed quod a in i mutat h3 ui in preterito absq; supino: ut emineo/es/ui/promineo/es/ui &c.

Sorbeo dans p̄si siue bui:sorptum/vel itum dat:

Sorbeo habet sorpsi & sorbi in præterito: sorptum vel sorbitum in supino est profusio poto: vel deglutio.

Vrsi/alsi/fulsi/tursi/dic:absq; supinis.

Quattuor sunt verba sequunda conjugationis q; habent si in p̄terito absq; supino. Vrgeo.es.vrsi.cogo.compello. Algeo.es.frigeo.congelor. Fulgeo.es/fulsi/replendeo. Turgeo.es/fi/inflor tumeo.

Primum facit
quod in sequente
nō iuxto:

Donant augeo/rugeo/suggeo/lugeo/xi/etum/

Quattuor sunt verba q; habent p̄teritum in xi. & supinum in etum. augeo/es/auxi/autum/accumulo magnifico. Rugeo/es/ruxi ructum/ euomo (sed frequentium ructo/as/sep̄is est in viu) Suggeo/es/ruxi/suctum/succu3 extraho/pro eodem fugo/is/frequentius habes. Lugeo/es/luxi/luctum/do leo & leo. Addi possunt mulgeo:& mulgeo quia inueniuntur habere mulxi multum: sed raro ideo curandum non est.

Friget/conuiuet/lucet/xi.nilq; supinant

Tria sunt verba sequunda conjugationis qua mittunt p̄teritum in xi. per x/& supino deficiunt. Frigeo/es/trixi/frigus patior. Frigi dicut nōnulli qui bus non credas. Conniveo/es/connixi. de quo supra luceo es/luxi/luce emittit. Sit igitur pueris hac formula.

Indicatio modo presenti tempore. Studeo/es/& Pluraliter studemus etis ent. Præterito imperfecto/studebam studebas studebat. Pluraliter studebamus studebatis studebant. Præterito perfecto studui studiisti studuit. Pluraliter studiimus studiisti studuerunt vel studiere. Præterito plus p̄ perfecto studueram, ras, rat. Pluraliter studueramus, ratis, rant. Futuro. studebo, bis bit. Pluraliter studebimus, bitis, bunt.

Imperativo modo p̄sentis temporis sine prima p̄sona, p̄ sequunda stude, pre-

Petri Pon. Caput Quintum.

tertia studeat. Pluraliter studeamus studeate studeant. Futu. sine prima persona. pro sequida & tertia studeto. pluraliter studeamus/studetote/ studeto vel studentote.

COptatiuo modo pra. temp. vti. studere. res. ret. pluraliter vti. studeremus. retis. rent. Prate. plusq; perfecto vti. studuisse. sles. slet. Pluraliter vti. stu- duisse. sletis. slet. Futu. vti. studea. as. at. Plura. vtinā studeam⁹. atis. ant.

CSubiunctiuo modo presenti temp. cum studeam. as. at. P luraliter cū stu- deamus. atis. ant. Pre imperfe. cum studerem. res. ret. Pli cum studeremus retis. ret. Pre. perse. cum studuerim. ris. rit. Pluraliter cum studuerim⁹. ritis. rint. Pra. plusq; perfecto cum studuisse. sles. slet. Pluraliter. cum studuisse. sletis. slet. Futuro. cum studuero. ris. rit. Pluraliter. cum studuerimus ritis. rint.

CInfinitiuo mō mistis numeris & plonis presenti tempo. studere. Preterito plusq; perfecto studuisse. Futuro studitum ire vel studiturā esse.

CGerūdia mistis numeris personis & temporibus studendi. do. dū. Sic supi- na studitum. tu. Duo participia studens & studitus.

CIndicatiuo. timeo. timebam. timui. timueram. timebo. Imper. time. time to. Optatiuo timere. timuisse. timeā. Subiunctiuo. timeā. timerē. timuerim timuisse. timuero. Infinitiuo timere. timuisse. absq; futuro. Gerūdia. time dī. do. dum. absq; supinis. vñū participiū est timens.

CIndicatiuo Sorbeo. sorbebam. sorbui. & sorpi. sorberam & sorperam. sor bebo. Imp. sorbe. sorbeto. Opta. sorberē. sorbuissē & sorpissem sorbeam. Subiū. sorbeam. sorberem. sorberim. & sorperim. sorbuissē & sorpissem. sorbiero & sorpero. Infi. sorbere. sorbisse. & sorpisce. sorbitum & sorptum ire vel sorbiturum esse. Gerundia sorbēdi. do. dum. Supi. sorbitum. itu. & sor ptum. tu. Tria participia. sorbens. sorbiturus & sorpturus. his studiose con- sideratis reliqua patebunt.

¶ Præterita & supina tertie.

¶ Cio.

CVnctis compositis specio dabit exit, & ectum.

CComposita a specie specis (quod non est in vñu) mittunt præteritum in exi/ & supinum in ectum/vt respicio. is. respexi respectum. aspicio. is. aspexi. aspectū. sic inspicio. suspicio. conspicio. perspicio. &c.

Eci/actum/facio/iacio/cum compositiuis.

CFacio & iacio mittunt præteritum in eci/ & supinū in actum. vt facio. feci. factum. Iacio. feci. iactum. quorum præteritum composita seruant; sed mutat supinum in ectum per regulam. Ex/a/ quod facit i/ & cæte. vt perficio. perfeci. perfectum. sic inficio. reficio. deficio. conficio. &c. Projicio. is. eci. projectum. sic subiicio. coniicio. iniicio. adiicio. &c. qd habes in preambulis.

De preteritis & supinis verborum.

Fo. Ixix.

Xi/ vel ui/ dat etum/ vel itum/ latio sociatum.

Cōposita a lacio. is. (quod nō est in vñu) mittūt prateritā in exi/ & in ui/ sa
pīnū in ectū. vel in itū. vt allicio. is. allexi. vel allicui allectum vel allicitum.
Ouid. in epi. A mili generos quos allexere petulci. Piso. in hysto. A vius vnius
premio multorū allicuit animos. Lucre. lib. iiiij. Allectum que mecha fugis
&c. Cor. de vi. Alex. Allicitum properas quē nulla negocia vertent. sic pelliz
ceo. collicio. illicio. &c. Cū autēz lacio. is. eset in vñu idem erat q̄ traho/ decis
pīo. sicut specio video. quoruȝ significatio in cōpositis relicta est. Nec plura q̄
quattuor sunt in cio/specio/facio/iacio/lacio/cum compositis.

¶ Gio & dio.

Ci/ fugitum fugio: fodi fossum fodio dat.

Fugio/is. habet fugi in ppterito & fugitum in supino. curro vel euto. Fod
io habet fodi fossum/ souea facio. Itaq; vnicū est verbū in gio/ fugio: & vni
cū in dio/ fodio cum compositis. sicut cofugio/ refugio/ offugio/ subfugio.
&c. Infodio/ defodio/ cōfodio/ refodio. &c.

¶ Pio:

Iui/ itum/ cupio. rapui raptum rapio dat.

Iuit/ ui/ sapio sapitum. c̄api quoq; captum

Dat capio. nec plura pio reperire valebit.

Quattuor sunt verba in pio/ terminata quoruȝ cupio facit cupiui cupitum.
id est: defydero. Rapio facit rapui raptū violenter aufero. sapio facit sapiui & sa
pui sapitū. gusto vel intelligo. Quinti. iij. de oratore. Ad ea qua plane non sa
piueras respondere stultum erat. &c. capio facit c̄api captum. accipio vel intel
ligo.

¶ Rio.

Sed peperi partum paritum pario tibi donat.

Pario/is. habet peperi in ppterito. partum & paritum in supino. partum
emitto.

¶ Tio.

Quassi & cūsum quatio. cūssi cūsum dabo natis.

Quatio habet quassi in ppterito & quassum in supino. moueo disturbo.
m j.

Petri Ponta. antiqui Caput Quintum.

sed composita habent cussi, & cussum / vt percutio / tis, percussi, sum, sic concu-
tio / discutio / succutio / excutio, & cetera.

¶ Vo.

Q uod dat uo / tibi format ui / tibi format & utum.

¶ Verbum in uo / terminatum mittit prateritum in ui / per duas syllabas / &
supinum in utum / vt arguo / is. ui. utum, statuo / is. ui. statutum, sic sternuo
imbuo / & composita a lauo. vt diluo / protuo, &c.

Pluui / utum / pluo / vult / struxi / structum struо donat.

¶ Pluo is, habet pluui in preterito (nō plui vt struisti sponiant) & plutū in su-
pino; est aquā distillo. Hyero, in Gene. Nō em plauerat, dñs super terrā. Val.
Max. lib. i. In piceno lapides pluuisse aiunt. Vbi cūqz ergo apud probatos au-
thores inuenis pluisti, aut similia inde formata certe scias scribentis esse mé-
dium. Sed struо facit struxi, & tu, est compono.

Dat ruītum ruо: nata rutum xi / xum / fluо reddit:

¶ Ruо is. rui. ruītum facit. i. cado vel curro: sed eius composita habent rutū
vt, obruo is. ui. obrutum. Diruo ui. utū. Fluо vero format fluxi / fluxum, la-
bor, transeо.

Ingruo / cum metuo / batuo / cluo / respuo / natum:

Exnuо / congruo / siue luo / dic absqz supinis.

¶ Octo sunt verba in uo, qua carent supinis. Ingruo / is. ui. repente aduenio
Metuo is. ui. timeo. Batuo / is. ui. virgispercutio vel re venerea ago. Plaut. in
merca. Nisi pares batueris. &c. Cic. i. officio. Equidē tam etiam obsecra ver-
ba pro obscenis sunt. Batuit enim impudenter. &c. Cluo / is. ui. splendeo, pa-
gno. Sene. in trag. Armis siquidē vt tibi videbare cluebas, sed tam seno cum
hoste cluere non putabas. Vbi vtramqz habes significationem. Respuo / is. ui.
contēno. Nuo / is. ui. contentio, sed non est in viu nisi in composito sicut annuo,
renuo, abnuо, denuo. &c. Cōgruo / is. ui. concordo / cōuenio. Luo / is. ui. puni-
or / patior.

¶ Bo.

Bo dans bi / dat itum. vult nubo / scriboqz / psi / ptum:

¶ Verbum in bo / terminatum habet bi / in praterito & itum / in supino. vt bi
bo / is. bibi / bibitā. Glubo / is. glubi / glutinum. Sed nubo (i. cooperior; aut
viro traditor) facit nupsi nugatum; & scribo (i. litteras formo vel lego) habe-

De præteritis & supinis verborum. Fo. lxx.

scripta scriptum,

A cubo compositum per ui/ peritum/dare debes:

Compositum a Cubo habet ui. in præterito & itum in supino. sicut simplex.
vt dicumbo/is. dicubui/ dicubitum. Sic incumbo/ procumbo/ succumbo/
recumbo. &c.

Dare.

Lambo/scabo/nullum possunt formare supinum.

Duo sunt verba in bo/qua supinis carent. Lambo labis lambi. lingo. Scabo/is. scabi/icalpo.

Definitio
Dare a dico, id est
dare afferre
dare bini
dare cibum
dare possim.

Parcere
liberare

Co.

Vi/tum co/donat. paui reddit tibi pastum.

Verba in co/habet ui in pterito: & tum in supino. vt cresco/is. ui. tum. sic
cōfuesco/quiesco/cōscisco. &c. Sed pascit paui pastū. id est nutrio

Cum vel dis pelco/ per/ui/ didici atq; poposci.

Sumit itum/vici vīctum tibi vinco ministrat.

Compesco facit compescui cōpescitum: cohibeo/ domo. Dispēsco/ cui. ita;
separo: dirimo. Disce/is. didici. ita; doctrinam aquiro. Poſco/ poposci/ itum;
peto/ rogo/ vinco: vici vīctum: supero.

Ci/ctum/vult ico. xi/ctum duco quoq; duco.

Ico facit ici. iustum: percusio. Dico dixi dictum: loquor. Duco duxi: ductū,
dirigo.

Compositum a nosco per itum formabis & otum.

Compositum a nolco/is. habet ui in præterito per regulam. & itum vel otu
in supino. vt cognosco/is. cognoui/cognitū vel cognotum. A pul. li. iiij. Quod
nolcio cognita propero. Lact. ii. institutionā. Quia si non saperē viribus totis
cognoti accellerare vellem. Sic Agnosco/ renosco/ ignosco. &c.

Dare
noli metiri
sum quare
et ecclisia

Parci parsum dat vel. itum/tibi parco pepercī.

Parco facit parci & pepercī in præterito. parsum & parcitum in supino. est
abstineo vel ignosco. Plinius lib. iiij. Italia: parcitum est vetere interdictio pa
trum.

Conquexi/simul oquexi dic/ absq; supinis.

Duo verba in co/habet xi/ in pterito sine supino. Cōquinesco/is. conquexi,
m is.

Petri Ponta.

Caput. Quintum

caput inclino: vel irasco: Oquinisco: is: oquexi: idem. Plaut. in aulula. Singulas in voces quas proferebam ardens oquexit.

Melobary s.
Glisco nihil format: sed quæ effectiva vocantur

Primorum dant præteritum: tamen abs q̄ supinis.

Glisco caret præterito & supino. i. cupio. Sed verba in scō/ que male inceptua vel inchoatiua vocantur cum effectiva vocari debeant)habent in præterito sicut sua primitiva/ sed supinis deficiunt. vt calesco is. calui. quia caleo cales sic habet. Frigesco: is: frixi. quia frigeo facit frixi. sic fordesco: nigresco: mactesco: marcellico &c. de quibus in regulis latius videbis.

Do.

Di sum do format: cedo cessi dat & essum.

Verbum in do habet di in præterito. & sum in supino. vt cudo: is: cudi: sum prendo: is: prendi presum. sic cando: mando: defendo: accendo. &c. Sed adest habet. cessi cessum. s. vtro biq; geminato. i. recedo vel permitto.

*Quae negotiā dām
fūr lo pro dēmā
fāci fāc. Vnde
appellat p̄mū s̄cō.*
Si/sum dant/rado/trudo/cum diuido/ludo/

Et vado/ledo/rodo/plando/quocq; claudio.

Nouem sunt verba in do que mittunt præteritum in si: & supinum in sum. Rado: si: sum. decero. Tudo: si: sum. impello. Diuido si: sum. partior. Ludo: si: sum: ludū exerceo. Irrido: o decipio. Vado: si: sum: eo. Ledo: si: sum: dolore afficio aut malum infero. Rodo: si: sum: mordendo comedo. Plando: si: sum. ligiam concussis manibus indico. Claudio: si: sum: obstruo.

N posito di sum findo/scindo quoq; fundo.

Et passum pandi/sum vel stum terminat edi.

Tria sunt verba in do que mittunt præteritum in di & supinū in sum depositon quod habet in praesenti. Findo: findis. fidī fisiū: diuido. Scindo scindis scī di: scīsum. Idem. Fundo: fundis: fudi: fu: sum: emitto. Sed pando faci pandi paf sum: declaro vel aperio. Edo es format edi esum vel estū comedo māduco.

Dic cecidi casum, per itum dic pedo pepedi/

Cædo cecidi. tendo tetendi. pendo pependi/

Dant sum: sed tendo tentum quoq; rite ministrat/

*Domib; ḡo p̄p̄c̄n
rapid. & ellī p̄y
vōr nōr
no p̄p̄hā. Sop̄ta p̄l̄d̄n vāt̄*

De præteritis & supinis verborum. Bo. Ixxj.

Dat tutuditunsum tudo. tūsum dabo natis

¶ Sex sunt verba in do quæ primam præteriti syllabam geminant. Cado: cecidi: casum: ruo vel morior. Pedo pepedi peditum: crepitum ventris emitto. Ce-
do cecidi cœsum percusio. Tendo tetendi tensum vel tentum. eo. labore. prouideo. Pendo peperi penum. libro consydero. reddo. Tudo tutudi tūsum. Per
cutio: pulsio: dirimmo. Sed eius composita habent tuluz in supino. vt obtundo
is. obtudi. obtusum. sic contundo. prætundo. retundo &c.

Vult didit atq; ditum quod do componere fertur.

Abscondo dans di/ per sum per itumq; supinat.

¶ Composita a do: as: tertie coniugationis habent didi in præterito: & ditum
in supino. vt trado: is: tradidi traditū: sic dedo: perdo: reddo: condo: subdo indo
obdo &c. Sed abscondo facit abscondi: abscondum vel absconditū. i. occulto.

Sido nihil format: neq; strido rudoq; supinat.

¶ Sido: is: caret p̄ teritis & supinis: defēdo: vel ponor ad sedēdū: firmeq; ma-
nendum. Sed rudo: is: rudi vehementer clamo vt asinus & strido. stridis stridens
concusio habent di in præterito per regulam supinis vero deficiunt.

¶ Co.

Xi etum go mittit. sed quattuor ista supinet

N Pinxi/ finxi/ rinxi/ strinxi remouebunt.

¶ Verbum in go mittit præteritum in xi. & supinum in etum vt pergo: is: perse-
rei perrectum. rego: xi/ rectum: sic affligo: surgo: clango: plango: vngō &c:
Sed quattuor remouent infuso quoq; habent in præsenti. Pingo/ pinxi/ pi-
ctum/ figuro. Fingo/ finxi/ etum/ formo/ compono. Ringo/ rinxi/ rectum/ den-
tibus carnes ab osse detraho. reprehendo. detracto. Stringo/ strinxi/ etum/ ne-
cto corripi. Causa his ad fungas mingo quia latinum non est. sed meo: is: de-
cendum est. vt infra patet.

Egi actum dat ago & frango/ gi etum lego format.

Sed mittunt intelligo diligio negligo xi etum:

¶ Ago facit: agi actum/ facio/ duco/ impello/ loquor. Frango/ gi/ fractum/ ra-
po/ lego/ gi/ etum. litteras vel oculis conspicio: vel ore profero/ tranfleo/ collig-
go/ surripi/ sed tria eius composita habent xi/ in prete. & etum/ in sup. intelligo.
intellexi/ intellectum. intus cōcipio. diligio/ xi/ etum/ amo/ negligo/ xi/ etum.
legniter aut pigre facio.

La doma fulgo Petri Ponta. Caput Quintum.

Si sum dant mergo/fulgo/spardo: quoq; tergo.

¶ Quattuor verba in go mittunt præteritum si: & supi. in sum. mergo/ is /mergi sum: tingo. Fulgo/ is /si /sum /fulgeo/ de quo supra /spargo/ si /sum ,huc illuc projicio. Tergo/ is /si /sum /purifico.

Dat fixi fixum: frixi frixum q; supino.

¶ Duo verba in go mittunt præteritum in xi. & supinum in sum. figo/ is /fixum, intra aliud trudo. Frigo/ xi /xum /coquo in patella.

Dic tetigi tactum/pupugi punxi quoq; punctum.

Dat pegi panxi pepigi pactum tibi pango.

¶ Tria verba in go primam præteriti syllabam geminant. tango/tetigi/tactus contingo. Pungo/pupugi & punxi/punctum stimulo. Pango/pegi/panxi. & pe pigi/pactum fatus compono. iungo. canto.

Lingo/ango/satago/dego/stugo/absq; supinis.

¶ Quinq; verba in go carent supinis. Lingo/ is /xi /lingua aliquid tergo. An go/ is /xi /cōprimō vexo. Satago/ is /egi /satisfacio. Dego/ is /degi /viuo. Stugo/ is /xi /lac vel alium quemuis liquorem ore paulatim traho.

Ambigo/vergo/nihil penitus tibi mittere.

¶ Duo verba in go carent præteritis & supinis. Ambigo/ is /circumeo dubito. Vergo/ is /inclinō.

¶ Ho/ & Io.

Xi etum meio/traho/veho dat: vox barbara mingo est.

¶ Duo sunt verba in ho: & vnum in Io per i consonantem que mittunt pteritum in xi. & supinum in etum. traho/ is /xi /etum /rapio /veho/ is /xi /etum por to curru vel naui. Meio/ is /xi /mict umi /vrinam emitto. Caeve dicas mingo/ is nisi in albo barbarorum esse manus. Persi. saty. . Sacer est pueri locus extra Meite &c. Iuue, saty. iij. Cuius ad effigiem; non tantum meiere. phas ep.

¶ Lo.

Lo dat ui cuius varie formabo supinum.

¶ Verbum in lo habet vi in præterito. vt consulo. is. cōsului. Sed supinum de usus mode formatur vt videbis.

Nam colo consul o eant vltum cum compositius.

De præteritis & supinis verborum. Fo. lxxij.

Duo verba in lo. cum suis compositis habent ui in pret. et ultum in supi. Co
lo is ui cultum orno amo habitu aro conuersor. Si occulo is succulo is per
culo perculis &c. Consulo ui consilium do consilium cum datio. quero co
silium cum accusatiuo.

Tum vel itum dat alo. molui molitum molo prebet.

A lo. is. ui. habet altum & alitum in supino nutrio. Molo. is. ui. facit mol
tum grana contero. Causa dicas multum multu. multor multrix barbara em
funt sed molitum molitu. molitor molitrix dicendum est. Plaut. in Baccidib⁹
Nimio edo libentius molitum & molitum prebo. Quinti. in cau. Molitore
sublato in precipitia corruerunt.

Celluit & cellum. ceculi culsum dabo.

Cello. is. sine diphthongō habet cellut in præterito & celsum in supino. i. ce
do celi cellum. sic composita excello ui. excellum. præcello is. ui. præcelsum. q
per seundam quoq; proferuntur. Excelleo. pcelleo. Sed celo is. cum diphtho
go facit cau in pret. & culsum in supino. i. cedo cecidi cau. vel frango. egi
fractum. sic composita percello is. perculi perculiu; accello. is. acculi acculliu;
concello. is. conculi conculsum. &c.

Li si sum vello sublatum substulit effert.

Vello habet velli & vulsi in præterito & vulsum in supino. extraho erradico.
sed tollo facit sustulit sublatum. est remoueo eleuo nutrio.

Sum pepuli pello dabit & sum fallo fefelli.

Duo verba in lo primam præteriti syllabam geminant. Pello. is. pepuli pu
sum. fugo trudo. Fallo. is. fefelli fallsum. decipio.

Sallo li sum dat psalli volui absq; supinis.

Sallo sine p habet salli in prete. & saltam in supi. ale condio. Sed sallo per p
(id est canto) habet psalli & volo vovi sine supinis. Sic composita no lo no cui
malo malui.

Mo.

Mo dat ui dat itum. præssi pressum premo format.

Verbum in mo terminatum habet præteritum in ui. & supinum in itum:
vt geno gemis genui gemitum. sic freno vomo &c. Sed premo facit press
presum: id est calco. vrgeo.

Sed como sumo premo demo dabo psi ptum.

¶ Quattuor verba in mo/mittūt præteritum in p̄si & supinū in ptū. **C**omo
is.compsi.cōptum.orno/præcipue capillos. **S**umo/is.p̄si.ptū.accipio. **P**romo
is.p̄si.ptū.emitto.cano. **D**emo/is.p̄si.ptū.remoueo.

Emi emptum dat emo.tremui.tremo.nilq; supinat.

¶ **E**mo facit emi.emptum.mercor. Tremo facit tremui sine supino. timore
vel aliquo intrinseco agitor.

No.

homo ante p̄p̄. appara lop̄.
Vi/tum sperno sino sterno cerno tibi donant.

¶ Quattuor verba in no/mittunt præteritum in vi.& supinum in tū. **S**preno
is/spreui.spretum.respuo. **S**ino/is.siuī situm.permitto. **S**tero/is.strauī stra-
tum:apparo:oppitimo. **C**erno/is.creui,cretum.video.

Do per itum genui posui:temno dabo p̄si ptū?

¶ **G**igno/is.facit genui genitum. genero produco. **F**ono/ posui postum: ad-
do. **T**empno habet tempsi tempitum. Respuo.

Dic cecini cantum cano:natus ui/dat & entum.

¶ **C**ano facit cecini cantum.modulor.laudo.describo. pro p̄heti30. Sed eius
composita habet ui.in præterito & entū in supino:vt cōcino is.ui.concentuz,
sic accino/præcino/succino/percino.&c.

Hæc leni/lini/liuiq; litum lino mittit.

¶ **L**ino h̄3 triplex prat.scz leni lini & liui. & litū in supino. suffido vel vng.

Po.

Psi/p̄tum po.crepui strepui dat itum:noto rupi.

¶ **V**erbum in po/terminatum habet præteritum in p̄si & supinum in ptū
vt carpo/is.carp̄si/carptum.sic repo/ clepo/serpo/sculpo.&c. Sed crepo/is.habet
crepui crepitum/sonitum facio strepo/is/ui/strepitū.pedibus pavimentura,
quatio. Rumpo habet rupi ruptum.frango.

Q uo.

Liqui dat linquo/coxi coquo. clum dat vtrumq;

¶ **D**uo sunt verba in quo/linquo/is. liqui lictum.dimitto. sed in cōpositis me-
gis est in viu.sicut relinquo/delinquo/oblinquo.&c. **C**oquo/is.coxi coctum.
Paro cibos ad eūm.

R o.

Vi/tum ro/donat.cursum dat curro cucurri.

CVerbum in ro/habet vi/syllabam.in praterito.& tum in supino.vt tero tri
ui tritum.quaro quaslibet quaslibet. sero se ui satum. Sed curro facit cucurri.
& cursum:fugio.

Si/stum/vro.R.i/si/sum/verro.dat gero/fsi/stum.

CUro facit vſi vſtum:cremo. Vero verrī & versū versum:mundo vel traho.
Gero gessi gestum porto re go.

Euit itum sero compositis vel ui/dat & ertum.

Cōposita a sero q̄ simplicis significationē retinēt habet eui.in prate. & itā.
in supi. vt insero/is.inseui/inſitu.cōsero/is.cōleui/constitū.&c. Sed quā signifi
catione alio transferunt: habet ui.per duas syllabas in prate. & erit in supino
vt. aſſero/is.aſſerui/aſſertū.i. affirmo. Desero/is.ui.desertū. &c. relinquo De
fero & furo habes in sequēti capite.

¶ So.

Vi/tum so/mittit.pinsō dat pinsuit/istum.

CVerba in so/habet vi/syllabā in prate.& tū in supi. vt laceſſo/laceſſiui laceſſ
itum.sic arceſſo/aceſſo/inceſſo.&c. Sed pinsō habet pinsui piftum.farinaen
dispono ad panem conficiendum.

Si/sum/constituunt tibi viſo/faceſſo/capesso.

CTria verba in so/habenſi/in rāte.& sum/in supi. Viſo ſis.viſi viſum.eo ad
videndum. faceſſo/is.faceſſi faceſſum.eo ad faciendum/vel recedo. capesso/is/
capellum.eo ad capiendum vel capio.

¶ To.

Xi/xum/dant pleſto/flecto/petotiuuit.& itum.

CPlecto facit plexi plexum.id est punio. Flecto/xi.xum.inclino. Peto petui
petuum.quaro/eo/percutio.

Xi/vel ui/necto pecto dant:xumq; supino.

CNecto/is.facit nexi vel nexui nexum.ligo.Pecto/pexi vel pexui/pexum.or
no capillos.

Verto dat verti/versum.meto messuit/essum.

CVerto facit verti & versum.muto vel repello.Meto messui/messum.sege
tes colligo.

Petri Ponta, Caput Quintum.

Gaffr. p. 110.
Neutrum sisto vacat: sed agens stitit atq; statum dat.

C Sisto bifariam capitur. Primo est cesso sicut sto simplex. tunc est neutrum
absolutum. & prateritis supinisq; deficit. Sequendo est teneo vel praalentio: itac
est actuum. habetq; steti in praterito. & statum in supino. Itaq; statuo statu
tuis verbum est per se integrum.

Si missum mitto, dic stertuit absq; supino.

C Mitto facit misi missum. ad alium quippiam do. Sterto facit stertui sine sup
ino. dormiendo sonitum fatus emitto.

¶ Vo.

Vtum/vi/soluo voluo. xi/ctum lege viuo.

C Soluo facit solui solutum. restituo. satisfacio. libero. Voluo volui volutus
trudendo verto. Viuo vixi. ctum. vitam duco.

Caluo dans calui/nullum dabit inde supinum.

C Caluo facit calui in praterito. sed caret supino. decipio. frustor.

¶ Xo.

Texo/xii/textumdat.nexo xui/tibi nexum.

C Texo facit texti textum: fila dispono: scribo: cōpono: exorno. Sed nexo fa
cit nexui. nexū. ligo. nec plura in xo/ reperies. Hic igitur puerorum ad simio
rem noticiam sit index.

C Indicatiuo modo presenti tēpore. Respicio. is. it. Pluraliter respicimus. itis
iunt. Ptō impfecto/respiciebam/as. bat. Pluraliter respiciebamus/ atis. ant.
Ptō perse. respexi/ isti. it. Pluraliter respeximus/ istis. erāt. vel ere. Ptō plusq;
perfecto respexerā. as. at. Plura. respexeramus/ tratis. iant. Futuro. Respiciam
es. et. Pluraliter respiciemus/ etis. ent.

C Imperatiuo modo pra. temp. fine prima persona. Pro sequūda respice. pro
tertia respiciat. Plura. respiciamus/ respicite/ respiciant. Futuro pro sequūda &
tertia persona respicito. Pluraliter respiciamus/ respicite/ respiciunto vel re
spiciuntote.

C Optatiuo mō presenti tpe viñā respicerē: res. ret. Pluraliter vtinā respicere
mus/ retis. rent. Ptō plurq; pse. vtinā respexissem/ ses. set. Pluraliter vtinam re
spexissemus/ setis. sent. Futuro vtinam respiciam/ as. at. Pluraliter vtinam re
spiciamus respiciatis respiciant.

C Subiāctiuo mō p̄st̄ tpe. cū respiciam/ as. at. Plura. cū respiciamus/ atis.
ant. Ptō impf. cum respicerē/ res. ret. Pluraliter cū respiceremus/ retis. rent.
Pr̄s. pfecto cum respexerim/ ris. rit. Pluraliter cū respexerimus/ itis. rint. Pr̄
terito plusq; pfecto cū respexissem/ ses. set. Pluraliter cū respexissemus/ setis.

De præteritis & supinis verborum. Fo. lxxiiij.

ffent. Futuro cum respexero. ris. rit. Pluraliter cum respexerimus respexeris respixerint.

C Infinitiu mō pñti tpe mistis numeris & personis respicere. Præ. plusq; perfecto respexisse. Futuro respectum ire vel respecturum esse.

C Gerūdia mistis numeris/personis & temporibus. respiciendi/do du3. Sic supina. Respectū &c. Participia respiciens respecturus.

C Indicatiuo Pango: pangebā: pegi: pepagi: & pāxi. Pegerā: pepigeram / & pāxeram: pangam. Imperatiuo pange pangito. Opta. pāgerem: pegissem: pepigissem: & panxissem: pangam. Subiunctio. pangam. pangerem: pegerim: pepigerim & panixerim: pegissem: pepigissem & panxissem. pegero: pepigero: & pāzero. Infinitiu pangeret: pegisse: pepigisse: & panxisse: pactum ire vel pacturū esse. Gerūdia pangendi/do dum. Supina pactum/ &t;. Participia pangens & pacturus.

C Indicatiuo Glisco: gliscēbā: gliscā. Impatiuo glisce, gliscito. Opta. gliscerē gliscā. Subiunctio gliscā: glicerē. Infinitiu gliscere. Gerūdia gliscendi; do dum. Num participium est gliscens. **C** Hanc diligenter formulam inspicere: in alijs non falleris arbitror.

Præterita & supina quartæ.

I Vi/itum/tibi quarta dabit. sepelire sepultum.

C Verbum quartæ cōiugationis habet præteritum in iui/ & supinum in itum: vt audio audiri auditum. eo/is. iui. itum. Sic glocio: crocio: polio: ferocio: gannio: grunio: garrio & cætera. Sed sepelio sepelis sepeliuit. habet sepustum in supino. est humi abscondo. siue in alia quacunq; re.

Singultum singultit habet: dat vñneo vñnum:

Sed veni ventum venio. dic vincio xi/ctum.

C Singultio/is. singultiui habet singultū in supino. grauiter tussio: & singulum emitto: vñneo/is. vñni iui. vñna. vendor. Sed venio/is. facit veni in præterito & ventū in supino. notum est. Vincio/xi/ctum/ligo.

Iui/xi/vel ui/dices amicire & amicūm.

C Amicio is. facit amicui: amixi & amicui in præterito: & amictum in supino. Vestio cooperio. Apul. de magia. Corpuculum hoc tam inhoneste quis amiciuerat: Plau. in truculē. Sese nondum amixerunt. Cesar in cōmen. Nec dum sese toga velites satis cōueniēter amicuisse videbantur. &c.

Xi/ctum. vel(si vis) iui/itum/ sancio donat.

C Sancio/is. facit sanxi/ & sanctisi in præterito: sanctuz & sanctū in supino. est n iij.

fimo consecro. Mant. ij. Parth. Maria. Querendum q̄ sit celi sententia tandem
Communi sanxere prece. Philel. in saty. xij. Ne quicq̄ renuas ita sanciuere pa-
rentes. Corne. de vit. A lex. Istud multiplici dudum paradigmate sanctum est.
Lucre. libro. vij. Sanctum quando quidem extat &c.

Haurio/si/stum/sepio/psi/ptum/cambio/psi/ptum.

Dat salui saltum: sed nata dabuntur in ultum:

Q uattuor hæc tamen iui itum quoq; mittere cernas.

C Haurio is/ facit haus in preterito & haustum in supino. extraho. Sepio/is/
sep̄i & septum. obstruo. circundo. Cambio campi & campum. pecuniam mu-
to. Salio salui saltum notum est. Sed eius composita habent vitum in supino.
vt resilio/is/retulit relutum sic insilio: exilio: profilio &c. Hæc tamen etiam iui
in preterito & itum in supino habere reperiuntur. vt haurio/iui/hauritu. Var-
ro. ad Cice. Q uum idē quoq; hauruerit fese res ipsa prodet. Apul. in cōmen-
Lagen facilis hauritu est &c. sepio sep̄i/sepitum. Hiero. in ea. Sepiuit eam
& lapides ex ea Plaut. in mercato. Sepitum aditus , ppera. cābō: cambiū: cā-
bitum. Plaut. in Trucu. Ut mecum fors in qua cambiū pereo. Idem. Pape iu-
piter cambita cito sunt omnia. Salio salui saltum. Mant. de Gonza. In flum̄
summo preceps a monte salui. Plauti. Quo is queſo salitum. Sic exilio exili-
ui exilitum. sed priore modo potius est vtendum.

Si tum fulcio/fartio/farcio pondere debes.

C Tria verba quarte coniugationis habet si in preterito. & tu in supino. Ful-
cio:is: fulsi:fultum/substento/orno. Sarcio:is:farsi:fartum; reficio quod lace-
rum est. Farcio:is:farsi:fartum.condio,pinguefacio.

Sentio/raucio/si/tum dant. aut iuit & itum

C Sentio habet sensi & sentiu in preterito: sensum & sentitum in supino. est
percipio intelligo. Hierony. ad Ioui. A liter nunq̄ ille sentiuit. Lact. .ii. insitu-
tio. Age facit vis plane crimen sentitum est. Raucio. is. habet rauxi & rausiui.
rausum & rausitum. est rauce & concave loquor. Cice. in orationibus. Tertio
quoq; verbo inter loquendū turpiter ob crapulā rausiuit. Hiero. in epist. Rau-
situm ne potius q̄ locutum eas vereor. &c. De alijs autem terminationibus te-
stimonia prætermitto q̄ uia vbiq; vulgate sunt.

Ertum/uīt a pario ductum:ri/cum re ministrat.

C Compositum a pario quarte coniugationis mittit præ. i ui. & t supinum in
ertum. vt aperio/is/ui/apertum. operio/is/operui/opertum. Sed quando com-
ponitur cum his particulis cum & re. habet ri/in preterito & ertum in sup. vt
comperio:is:comperi compertum:reperio:is:reperi repertum.

Aio nil format velutario/quod cupit istinc.

Excipies quod edo pario/nubo/tibidonant.

CAIO caret præteritis & supinis, est dico: sicut verbū in r̄o/desideratiū for
ma (quod stulti meditatiuum appellant) vt bibitario/dormitario/ cacatario
micturio &c. Sed quæ ab his verbis edo/pario/nubo/veniunt. habent præ-
teritum & supinum. Esurio/is/ esurui esuritum. est esse siue comedere desidero
parturio/is/parturitiū parturitum parere cupio; nupturio/is/nupturitiū nuptu-
ritum:nubere affecto, de quibus inter formas vibebis. **S**ed hunc pueri in
dicem sequantur.

Indicatiuo modo præsenti tpe Ferio/is/it. Pluraliter ferimus/itis/iuit. Præ-
terito imprecō seriebā/bas/bat. Pluraliter feriebamus/batis/bant. Præ-
terito pfectō feriui/isti/iuit. Pluraliter feriuimus/istis/erūt vel ere. Præ, plusq̄
pfec̄to feriuera/ras/rat. Pluraliter feriueraamus/ratis/rant. Futuro/feria_z
es/et. Pluraliter feriemus/etis/ent.

Imperatiuo modo pñti tpe: sine prima psona; p scđa feri. Pro tertia feriat.
Pluraliter feriamus ferite feriant. Futuro pro scđa & tertia psona ferito. Plu-
raliter feriamus. feritote feriunto vel feriuntote.

Optatiuo mō præsenti tpe vtinā ferire/res/ret. Pluraliter vtinam ferire-
mus/retis/rent. Præterito plusq̄ pfec̄to vtinam feriuissim/sles/slet. Plurali-
ter vtinā feriuissimus/sletis/slet. Futuro vtinā feriā/as/at. Pluraliter vtinā
feriamus/atis/ant.

CSubiunctiuo mō pñti tpe: cū feriā/as/at. Pluraliter cū feriamus/atis/ant.
Præterito imprecō: cū ferire/res/ret. Pluraliter cū ferierimus/retis/ret. Præ-
terito pfec̄to: cū feriuerim/ris/rit. Pluraliter cū feriuerimus/ritis/rint. Præ-
terito plusq̄ pfec̄to: cū feriuissim/sles/slet. Plura. cū feriuissim? etis/sent. Fu-
turo cū feriuer/o/is/it. Pluraliter cum feriuerimus/ritis/rint.

Infinitiuo mō pñti tpe mistis numeris & psonis ferire. Præterito plusq̄
perfec̄to feriuisse. Futuro feritum ire vel feriturum esse.

Gerūdia mistis nñmeris & psonis & tpibus. Feriedi/do/dū. Sic supina feritū
feritu. Duo pticipia series & feriturus. **H**uius aut̄ verbī coiugationē ma-
xime posui ad illorū cōfusionē qui aut̄ hoc verbum habere percussi in præ-
rito: quorum stultitia in sequenti capite recludetur.

Indicatiuo sepio/sepiebā/sepsi/& sepiui/sepiera/& sepiuerā/sepiam. Impe-
rativo sepi:septo. Optatiuo sepiē:sepiissim:& sepiuissim:sepiam. Subiuncti-
uo:sepiam:sepirem:seplerim & sepiuerim:sepiissim & sepiuissim:sefero & se-
piuero. Infinitiuo sepire:sepsisse vel sepiuisse:septum vel itum ire;& septurum
vel sepiturum esse. Gerundia sepiendi sepiēdo sepiēdum. Supina septum:septu-
& sepitum tu. Tria participia:sepiēs septurus & sepiturus.

Indicatiuo bibitario:bibituriē:bibituria. Impa. bibituri bibitrito.
Optatiuo bibituriē/bibituriā. Subiunctiuo bibituria:bibituriē. Infiniti-
uo bibituriē. Gerūdia bibituriē:do;dū. Vnum est participiā bibituriē.
De ceteris coniecta pariformiter

¶ Prærita & supina verborum in or/terminatorum.

Verbum quod fit in or/de passiuo sibi fingit.
Præteritum sed de verbo faciente supinat.

¶ Verbum in or/depones siue commune habet præteritum lata scilicet verbum passiuum ab eo factum. & supinum scilicet verbum actiuum quod ab eo fingeretur. De prima. latere aris. habet latatus sum vel fui in præterito. letatus tu in supino. quia si diceretur leto as. aut latatus tu. præteritum passiu esset latatus sum vel fui. supinum latatus tu. ergo. &c. scilicet ab amor amarus sum vel fui amatus. sic niger. teñor. vagor. cocionor. abominor. gloriior. infidior. &c. De secunda vereor. eris. habet veritus sum vel fui in præterito. veritatem tu. in supino. quia si dicemus actiuem vereo. es. ui. veritatem tu. præteritum passiu esset veritus sum vel fui. supinum veritatem tu. ergo. &c. scilicet studeor eris. studitus sum vel fui studitum tu. sic liceor. meteor cum copiofis. De tertia. irascor facit iratus sum vel fui in præterito. iratum tu. in supino. quia si habemus irasco. is. irasci. iratum tu. præteritum passiu esset iratus sum vel fui. supinum iratum tu. ergo. &c. scilicet ducor. eris. ductus sum vel fui. ductum tu. &c. sic nafcor. fungor. complector. &c. De quarta. blandior. eris. habet blanditus sum vel fui in præterito. blanditum in supino. quia si dicemus blandio. is. iui. itum. itu. præteritum passiu esset blanditus sum vel fui. supinum blanditum tu. ergo. &c. scilicet auditor. iris. auditus sum vel fui. auditum tu. sic molitor. mentior. partior. sortior. exterior. &c.

Oblitus. fassus. tuitus. tutus. ratus. aptus.

Commentus. fretus. fructus. fruitusque. sequutus.

Atque expperrectus. nixus. nisusque. profectus.

Mortuus. ac ortus. vltus. sic gressus. & vslus.

Et mensus. fessus. orsus. questus. quoque pactus.

Atque locutus. nactus. lapsus. iunge disertus.

Hæc contra leges aliorum mittere debes.

¶ Viginti sex verba in or/præteritum & supinum irregulariter formant & contraria normam aliorum. Obliviscor. eris. oblitus sum obliuiz tu. tertiae. est memoria

De præteritis & supinis verborum. Fo. lxxvij.

dimitto. Fateor/eris. fassus sum fassum/fusequūde;cōcedo. Tueor/eris/tu-
tus sum/tutū/tu. sequūde. defendo. Tuor/eris.tutus & tutus sum.tutū/tu.
sequūde video. Reor/eris:ratus sum;ratus/tu. sequūda. arbitror puto. Ap-
plicor/eris.aptus sum.aptū/tu. tertia. ac quiro. Sed eius cōposita magis sunt in
vñ sicut adipiscor/indipiscor. Cōminiscor/eris. cōmētus sum.cōmētum:tu.
tertia. est cogito/fingo. Fruor/eris. fretus fructus & fruitus sum. fretū/tu.
fructū/tu. & fruitū/tu. tertia. delector/vtor. Sequor/eris. sequetus sum. se-
quūtū/tu. tertia. notū est. Exp̄giscor/eris. exp̄ectus sum. exp̄ectū/tu. tertia.
excitor/de sopno. Nitor/eris. nixus & nīlus suz.nixū;nixū & nīsum/su. tertia.
pario/laboro. Proficicor/eris. pfectus sum. profectum/cſtu. tertia. vado. Mo-
rior/eris. vel morris. mortuus sum. moritū/tu. tert. vel quart. vitā expiro.
Orior/eris. vel oriris. ortus sum. ortū/tu. tert. vel quart. nascor. Vlciscor/eris
vltus sum;vltū/tu. ter. vindico;punio. Gladior/eris. gressus sum. gressum/su.
tert. vel quart. eo. Vtor/eris. vltus sum;vltū/su. tert. rei vſitatione habeo. Me-
tior/eris. mēsus sum. mēsum/su. quarta. mēstro/cōsydero. Fatiscor/eris. fes-
sus sum. fessum/su. tert. est resoluor;cōfringor. Ordior/eris. orsus sum. orsum
su. quart. incipio. sed ordior/iris. orditus sum. orditū/tu. telā cōtexo; regula
re est. Quero eris; questus sum. questū/tu. tertia. indeo lametor. Paciscor
eris; pactus sum. passum/su. tert. pactū/tu. sue cōcordiā facio. Loquor/eris;
loquitū/tu. tert. dico. Nāciscor/eris; načius suz;načū/tu. tert.
acquiro. Labor/eris; lapsus sum lapsum su. tert. cado. Misereor/eris; misertus
sum/misertū/tu. sequūda. misericordiā habeo. Si aliqua illorū vīp secus repe-
riantur; iarenter; admodum hoc est ideoq; imitari nō habes.

Ista vacant liquor/vescor/medeor/reminiscor.

Quartuor verba in or/carent pteritis & supinis. Liquor/eris: tertia. fluo
velcor/eris: tert. comedo. Medeor/eris/sequūde. medicor. Reminicor/eris:
tertia memoror: esto igitur pueris hāc formula.

Indicatiuo modo p̄senti tpe. Lētor:aris:vel are:lātatur. Pluraliter leta-
mur;amini;antur. Prate. imp̄fecto latabar:aris:vel are:atur. Pluraliter lāta
bamur;bamini;banf. Prā. pfe. latatus sum vel fui:atus es vel fuisti. atus est
vel fuit. Plura. lātati sumus vel fuimus; lātati estis vel fuistis; lātati sunt fue-
runt vel fuere. Prat. pluſp̄ pfe. latatus erā vel fuerā;lātatus eras vel fueras;
latatus erat vel fuerat. plura. lātati eramus vel fueramus; lātati eratis vel
fueratis;lātati erāt vel fuerant. Futuro: lātabor:eris; vel ere;bitur, plur. lā-
tabimur; bimini; lātabuntur.

Imp. mō p̄snti tpe sine prima persona: pro sequūda latare, pro tertia lātetur
Plu. latemur; letamini; letetur. Futuro pro sequūda & tertia persona lātator
Pluraliter lātemur; lātaminor; lātantor.

Cop. mo. pra. tēp. vti. lātarer; revis; vel rere; retur. Plu. vti. lataremur; emini
rentur. Prate. pluſp̄ perse. vti. latatus essem vel fuissim: atus essem vel fuisses
lātatus esset vel fuisset. Plura. vti. latati essemus vel fuissimus; latati essetis;
vel fuissetis; lātati essent vel fuissent. Futuro vtinam lāter eris; vel ere; lātē.
Pluraliter vtinam lātemur; emini; tentur.

Petri Ponta. Caput. Quintum

CSub. mo. præ. temp. cum latet/eris/vel ere. letetur. Plur. cū letemur: emi-
ni entur. Præ. imper. cū latarer: eris: vel rere: retur. plur. cum lataremur: emi-
ni rentur. Præ. perf. cum letatus sim vel fuerim: letus' sis vel eris. letatus sit vel
fuerit. Plur. cum latati simus vel fuerim'. letati sitis vel fueritis: letati sint vel
fuerint. Præ. plu. perf. cum letatus essem vel fuisse: letatus esses vel fuisse/
letatus esset vel fuisse. Pluraliter cum letati essemus vel fuisse: letati es-
setis vel fuisse: letati essent vel fuisse. Futuro cum letatus ero vel fuero/
latatus eris vel fueris/letatus erit vel fuerit. Pluraliter cum letati erimus vel
fuerimus/letati eritis vel fueritis/letati erunt vel fuerunt.

CInsi. modo præ. tem. misticis numeris & personis/letari. Præ. plu. perf. letatū
esse vel fuisse. Futuro letatum ire: vel letaturum esse.

CGerundio misticis numeris personis: & temporibus/letandi: do: dum/Sic
supina latatum tu. Tria participia sunt letans letatus:& letaturus.

CIndicatio modo p̄ſen. tem. vereor. eris/vel ere/retur. Pluraliter veremur:
remini:rentur. Preterito imperfecto verebar. aris &c. Præ. perse. veritus sum
vel fui &c. Prete. plu. perse. veritus erā vel fuerā &c. Futuro. verebor eris &c.
Imper. vere vereatur. Plur. vereamur/veremini vereantur. Futu. veretur.
Plu. vereamur/vereminoꝝ verentor. Opta. vereret. &c. Prete. plu. p̄ſe. veritus
essem vel fuisse &c. Futuro/verear/aris &c. Sub verear/aris &c. Prete i pers-
pe: vererer &c. Prete. perse. veritus sim vel fuerim &c. Præ. plu. p̄ſe. veritus
essem vel fuisse &c. Futu. veritus ero vel fuero &c. Infinitiuꝝ/vereri. Prete.
plu. perse. veritus esse vel fuisse. Futuro veritum ire vel veriturum esse. Gerū-
dia verendi:do: dum. Supina veritum/tu. Parti. verens; veritus; veriturus.

CIndicatio. Fungor: fungabar: functus sum vel fui. functus eram vel fue-
ram. Fungar. fungeris vel fungere fungetur. Pluraliter fungemur . gemini:
fugentur. Imper. fungere/atur. Pluraliter fungamur: giminī: ganitur. Futuro
fungitor. Pluraliter fungamur: giminor: fungator. Opt. fungerer: gereris. &c.
Functus essem vel fuisse &c. fungar: aris &c. Subiū. fungar. /fungerer/fun-
ctus sim vel fuerim. functus essem vel fuisse. functus ero vel fuero. Infinitiuꝝ
fungi/functum esse vel fuisse: functum ire vel functurū esse. Gerundia fun-
gendi:do: dū. Supina functū functu. tria p̄cipia fungēs funct⁹ /& funct⁹.

CIndicatio. Largior/largiebar/largitus sum vel fui: largitus eram vel fue-
ram/largiar. Imperatiuo largire largitor. Optatiuo. Largirer largitus essem/
vel fuisse: largiar. Subiunctiuꝝ largiar: largirer largitus sim vel fuerim: lar-
gitus essem vel fuisse: largitus ero vel fuero. Infinitiuꝝ largiri: largituz esse
vel fuisse: largitum ire vel largiturum esse. Gerundia largiendi:do: dum. Supi-
nū largitum largitu. Quattuor participia/ largiens largitus largiturus/& lar-
giendus. Itaqꝫ quarta fere tertiam sequitur.

CIndicatio. Fruor: fruebar: fructus: fretus: fruitus sum vel fui. fructus fre-
tus fruitus eram vel fuerā: fruar. Imperatiuo fruere fruitor. Opt. fruerer: fru-
ctus: fretus: fruitus essem vel fuisse: fruar. Subiunctiuꝝ: fruar/ fruerer: fru-
ctus/fretus/fruitus sim vel fuerim. fructus fretus: fruitus essem vel fuisse.
fructus fretus fruitus ero vel fuero. Infinitiuꝝ, frui. fructum fretum fruituz
esse vel fuisse. fructum fretum fruitum ire. vel fructurum freturum fruitura
esse. Gerundia fruendi: fruendo: fruendum. Supina fructum; fructu: fretum:

De verbis defectiuis & anomalis: Bo. lxxvij.

retu:frutum:frutu: Septem participia fruens:fructus/frētus/fruitus / fru-
cturus/freturus: fruiturus. & nonnunq̄ octauum esse fruendus.

¶ Indicatiuo Vescor:vescēbar:vescar. Imperatiuo vescere:vescitor. Optatiuo
vescerer:vescar. Subiunctiuo vescar:vesceter. Infinitiuo vesci. Gerundia vescē-
di/vescendo/vescendum. Vnuꝝ est participium vescens. ¶ His recte cognitis
cetera clarere omnia non dubito.

TEΛΟΣ.

¶ In te IESV spes mea recumbit.

¶ Caput sextum de verbis defectiuis & anomalis.



^{versio}
E R T A

rum nunc verba notes expertia
^{dis}
legum.

¶ Hoc in capite sexto de verbis defectiuis:
& irregularibus tractādum est. Verbum de-
fectuum est. quod aliquo accidente deficit.
vt cādo faxo. Sed verbuꝝ irregularē sive ano-
malum/est quod coniugando aliorum ver-
borum regulas non imitatur. vt dic duc. pro/dice duce.

Sis/sultis/capsis/sodes/apage/euge/choerces.

¶ Sex verba adeo defectiua sunt vt nihil preter unicam sequundam personāz
ex eis reperiatur. Indicatiuo singulari sis. id est si uis. Peri. saty. prima. Vide sis
ne maiorem tibi forte limina frigilcant. Indicatiuo plurali sultis. id est si vul-
tis. Plaut. in trucu. Cauete sultis sonum gesflat in cornu. Imperatiuo singula-
ri capsis id est cape si vis. Therenti. in phor. Capsis dum locus datur &c. Indi-
catiuo sing. sodes: id est si audes vel contentus es. Therē. in Andria. Dic sodes
quis heri chrisidem habuit. Imper. sing. apage. i. remoue abduc. Plaut. in bac-
chi. Apage nobis carnificē hunc. Pro eodem dicitur & apagefis. A pul. de ma-
gia. Apages tam cruentos deos. Imper. sing. euge. i. bene vale. Peri. saty. i.
Euge poeta &c. A udies qui nonnulla illorum interiectioni vel aduerbio attri-
buere malent quibus non aquiesco.

Vt cedite atq̄ cedo: sic quæso quæsumus edam.

CQuemadmodum cedo inflebitur. Impe. sing. cedo. Pluraliter cedite: id est dic vel da. dicitur vel date. Pers. saty. is. Hac cedo ut admoueam templis. Plaut. in truci. Cedit quasio quid agendum est. Ita quoque sic coniugatur. Indica. sum. quasio. Plurali. quatuor: id est rogo rogamus.

Ceu falso/xis/xit/xint/ausim flectere debes.

CFalso sic declinatur futuro optatiui vel presenti subiunctiu sing. falso. is: it Pluralliter falso int' id est facia; as; at; faciant) Pers. saty. i. Vero quisque faxis oletum &c. Theren. in eunu. Ita dicitur deeqz faxint &c. Ausim etiam inflebitur. Future optatiui vel praesenti subiunctiu sing. ausim: is: it. Pluraliter ausint (id est audeam| audeas| audeat| audeant) Verg. in Bucco. De grege non ausim quicq; deponere tecum. Quint. de Cocco. Odiosum sane id genus est hominu qui auctio afflictionem inferre ausint.

Ambest dic tantum. rem/res/ret/rent, fore donat.

CTertia persona praesentis indicatiui tantum. abest (id est circumquagz vel vbiqz est) Plaut. in merca. Merces hic ambest quid tam queris anxi. Sed fore sic declin. praesenti optatiui. vel praeterito imperfecto subiunctiu profing. to rem/fores/foret. Pluraliter forent. Infinitiu fore: id est essem/esset/esset. est sent futurum esse. Theren. in heau. Emoti satius foret. Cice. in offi. Negqz; temeraria forent audacia. Idem in epist. Nunq; ita fore, suspicatus sum &c.

Inquam prima refert. velut infit tertia praebet.

CPraesenti & futuro indicatiui inquam. i. dico dicam: nec ultra. Boe. de cato. Quid ad hanc inquam miser &c. Praesenti & prate. perse. indicatiui infit. i. dicit vel incipit. dixit vel incepit. nec plura intuentes Mant. ij. Parth. Maria. Parthes nicens adiens placidis ita vocibus infit.

Fio/aio/fero/sum/qu eo/ eo/in quio/edo/volo/ouatq;

Sic & aue/salve/atq; vale flectendo notabis.

CTridecim sunt verba de quibus versiculos cedere omnino esse inutile arbitror quia coniugando longe facilius dignosci possunt.

CIndicatiuo. Fio/fis/fit. Pluraliter fimus/fitis/fiunt. Praterito imperfecto. fiebam fiebas fiebat. Pluraliter bamus/batis/bant. Praterito perfecto. factus sum vel fui: es vel fuisti/est vel fuit. Pluraliter facti sumus vel fuimus/estis/vel fuistis/funt fuerunt vel fuerere. Praterito plusq; perfecto. factus erat vel fueram/eras vel fueras/erat/vel fuerat. Pluraliter facti eramus vel fueramus: eratis vel fueratis/erant/vel fuerant. Futuro/ si/ es/ et. Pluraliter emus/etis/ent.

CImperatiuo modo presenti tempore si/ fiat. Pluraliter fiamus(fite/ fiat). Futo. fito. Pluraliter fiamus/fitote/fiunto.

COptatiuo fierem/ res/ ret. Pluraliter fieremus/retis/rent. Pre. plu. perf. factus essem vel fuisssem: esses vel fuisset: esset vel fuisset. Plur. facti essemus vel

De verbis defectiuis & anomaliis.

Eo.lxxvij.

fuisse⁹. essetis vel fuissetis: essent vel fuerint. Futu. fiā: fias: at. Plu. fiamus atis. ant. ¶ Subiunctivo fiamas: atis: ant. Pr̄t. Imper. fierez: res: ret. Pluraliter fieremus: retis: rent. Pr̄t. pfc. factus sim vel fuerim⁹ sim vel fueris: sit vel fuerit. Plura. factisimus vel fuerimus: sitis vel fueritis: sint vel fuerint. Pr̄t. plu. perfec. factus essem vel fuisset⁹: essetis vel fuissetis: essent vel fuerint. Plura. factisimus vel fuisset⁹: essetis vel fuissetis: essent vel fuerint. Futu. factus ero vel fueri: eris vel fueris: erit vel fuerit. Plu. facti criñus vel fuerimus: eritis vel fueritis: erunt vel fuerint.

¶ Infinitivo fieri. Pr̄t. plu. perse. factum esse vel fuisse. Futuro factumiri.

¶ Gerundia faciendi: do: dū. Supina factum: ctu. Participia factus: facieđus qui vel siēs: tis: vel fiēdus: do: dū: vel fiēdus: a: ū: dicūt mere barbari cēsedi sūt.

¶ Aio: i. dico sic coniugatur. Indicatiuo mo plenti tpe. sing. aio: is: it. Plura. aiunt. Ther. in andria. Quid aias Bitia &c. Lactan. iij. insti. Ita fere aiunt cēs

Pr̄t. imp. sing. aiebam; bas: bat. Plu. aiebamus; balis: bant. Hora. in epi. Non hercule miror aiebat si qui comedunt bona &c. Pr̄t. p. sing. aisti. Plu. aistis. Se

neca. in episto. Quod dūtū aisti nunc p̄sta. Aug. de ciui. dei. iij. Vos hēc adiici

entes in malū aistis. Imper. mō. p̄nti tpe sing. pro se quidā p̄sona. ai. Plu. aite.

Plau. in aulula. Vel ai vel nega. Poet. de colo. Id tm aite quod verum est mo-

ne. Futu. op̄atiui & p̄nti subiunctiu sing. aiam: aias: aiat. Plu. aiamus aia-

tis aiant. Lact. lib. i. de insti. ora. Quid aiam negem vetua referit nihil. Plau. i

merca. Vel tu mihi aias vel neges. Cic. de fl. bono. lib. iij. Quasi ego curē quod

ille aiat aut neget. Var. de sing. lati. Aiam⁹ ergo & fieri poterit breuissime. Se-

neca in epist. Breuiter aiatis faxo. Quin. de ora. lib. iij. Quid aiat aut neget sus-

deq̄ habendum est. Reliquis omnibus deficit. Vnum participium est aiens/

aientis. Apul. in com. Sic aiens christallo de dolatum vasculum tradidit. Cic.

In top. Contraria aientibus offragari est.

¶ Fero: i. porto: dico: patior: produco: cupio sic coniugatur. Indicatiuo / fero/

fers/ fert. Plu. ferimus/ fertis/ ferunt. Pr̄t. imp. ferebam/bas/bat &c. P̄rat.

pfecto tulī/tulisti/tulit &c. Pr̄t. plu. pfc. tulera⁹ as &c. Futu. ferā: feres &c.

Imperatiuo modo fer/ ferat. Plu. feramus/ ferte/ ferant. Futuro ferto. Plu. fe-

ramus/ fertote/ ferunto/ vel feruntote. Optatiuo modo/ ferre⁹: res: ret. &c. Pr̄t.

terito plus&pfc. tulisse⁹: tulisses &c. Futu. feram: ras &c. Subiunctiu mo-

do cum feram: feras &c. Pr̄teri. imp. fecto cum ferrem: res &c. Pr̄terito pfc

cto cum tulerim: is &c. P̄reterito plus&pfc. cum tulisse⁹: sses &c. Futu-

ro cum tulero. is &c. Infini. ferre. P̄reterito plus&pfc. tulisse. Futu. latū ire:

vel laturum esse. Gerundia ferendi: do: dum. Supina latum latu. Participia fer-

rens: latus. ¶ Passuum vero sic coniugabis.

¶ Indicatiuo modo feror ferris vel ferre: fertur. Pluraliter ferimur: ferimini:

feruntur. Ferebar &c. Latus sum vel fui &c. Latus eram vel fueram &c. ferar.

Imperatiuo ferre feratur &c. Pluraliter feramur: ferimini: ferantur. Futu. fer-

tor. Plura. feramur: feriminoř: feruntor. Optatiuo ferre⁹: eris &c. Latus esse⁹

vel fuisset⁹ &c. ferar. aris &c. Subiunctiuo ferar &c. Ferer &c. Latus sim vel

fuerim &c. Latus essem vel fuisset⁹ &c. Latus ero vel fueri &c. Infi. ferri. la-

tum esse vel fuisset⁹: latum iri. Gerundia ferendi: ferendo: ferendum: Supina la-

tum latu. Participia latus: & ferendus.

Indicatio **Suz**/es/est. Pluraliter sumus/estis/sunt. Pto imperfecto era/as/ &c. Pto pfecto fui/fuisti.&c. Pto plusq; perfecto fueram/ras.&c. Futu.ero. eris.&c. Imperatiuo sis; vel es:sit. Plau.in bacci. Intus es dū venio. Plura. sim⁹. sitis. estis vel este. sit. Lucre.de pia. Estis ab vrbe pcul quibus est laciuia cu-re. Man.in Buc. Este pcul magice nō sum sanabilis artes. Futuro esto. Plura liter simus:estote:sunto vel iuntote. Optati. essem esses.&c. Pto perfecto suis sem fuisses.&c. Futuro sim sis.&c. Subiunctivo sim sis.&c. Pto imperfecto essem esses.&c. Pto perfecto fuerim fueris.&c. Pto plusq; perfecto fuissim / fuisses/&c. Futuro fuero fueris.&c. Infinitiuo esse. Pto plusq; pfecto fuisse. Ceteris caret oibus. nec ens participiū. sed nomen est vixq; latīna. Future autē nō a sum/es/est/sed ab antiquo verbo suo suis descendit quo tñ Vergilius aeneid. viij. vtif dicēs. Tros italustre fuit nullo discriminē habebo. (pro sit) Et Plau. in trucu. Ne quis tā audax fuit homo qui obuiā obstat mihi.

Indicatio eo/is/it. Pluraliter imus/itis/eunt. Iba/ibas.&c. Future/ibo/ is.it. Pluraliter ibimus/ibitis/ibūt. vel eam/ees/eet. Pluraliter eemus/etis/ eent. Impe.i/eat. Pluraliter eamus/ite/eant. Future ito. Pluraliter eamus ito te/eunto vel euntote. In ceteris oibus verbū quartæ coniugatiōis sequitur. Nec queo quis(i. possum) aliter coiugabis.

Indicatio Inquio/is/it. Pluraliter inquunt. Quinti.de paupere. Ad hæc ego inquio nihil. Per s. saty. i. Hoc iuuat hic inquis.&c. Iuu. saty. iiiij. Artib⁹ inquit honestis nullus in vrbe locus. Cice. in ver. Vbi sunt paphile inquiunt; scyphi. Præterito pfecto inquisti: inquit. Cice. de ora. lib. ij. Tu vero inquis molestus nō eris. Future inquier. & Boe. de con. Ad hæc quid tandem inquier. Plauti. Quid nobis demū inquiet. Imperatiuo inque inquit. Ther. in phor. Abs te emittere inuitum eā inque. Future inquito. Plau. in bacci. Ita dij fa xint inquito. Future optatiū & præsenti subiunctiu inquiari inquias inquit. Pluraliter inquiamus inquiatis inquit. Cice. ad herē. Quid enim tibi vis aliquis inquit reliquis deficit secundum vnum.

Indicatio edo/es/est. pluraliter edimus/editis/ edunt. Plauti. Nihil non es giubo. Vergi. aeneid. iiij. Est mollis flamma medulas. edebā/bas. &c. edi. edisti. &c. Ederā ederas. &c. Edam/edes. &c. Imperatiuo es/vel ede:edat. Pluraliter edamus/este/vel edite:edant. Plaut. in baccidi. Es bibe vt videtur. Apule. de magia. Este & gaudete dulces animule. Future esto vel edito. Pluraliter edamus/estote/vel editote/edunto/vel eduntote. Plau. in trucu. Esto vbi vbi lubet ferculum vocat. Seneca in episto. Hoc estote lautum amici inquit. Optatiuo essem esses. &c. Verg. Geor. i. Ut mala culmos eslet rubigo. Edi ssim edissem. &c. edam:edas. &c. Subiunctivo edam edas. &c. essem esses. &c. ederim ederis. &c. edissem edissem. &c. edero ederis. &c. Infinitiuo esse/edif se/estum aut estum ire/vel esturum aut esturuz esse. Ennius. Esse duos vel tres nisi carnes ego vidi. Est autem (ne quid te fallat) velter canis gallice leurier natus aus gallice espreuer. Gerundia edendi edendo edendum. Supina estum/elu:vel estum estu. Tria participia edēs/esturus/& esturus. Passiuū aut edor ederis est vbiq; regulare. præterop in tertia psona præsentis indicatiui:qua ha bet estur p editur. Oui. de po. Estur vt occulta vitiata putredine nauis. S3ne decipiaris cōposituz ab edo es: simplicis naturā sequitur. Itaq; nō comedo/it.

De verbis defectiuis & anomalis. Bo.lxxix.

dit: dices: sed comedo comes: comeſt. & ſic in alijs modis & temporibus. Plau. in baccidi. Sine modo veniat ſenex quem abſentem comes. Idem. Tam facile vinceſ pīrā vulpes comeſt. Plini.lib.iii. Comes fortis ſuibus nō eſt pīdigū. Sic exedo exes exest &c. Iul.de natu rerū. & gritudo lacerat et exest metē. Indicatiuo volo/vis/vult. Pluraliter volumus/vultis/volunt. Olebā:volesbas &c.volui/volunſti &c.volueram/volueras &c.volam voles &c. Imperatiuo velis/velit. Pluraliter velim⁹/velitis/velint. Futuro velito. Pluraliter veſimus: velitote:velint. Optatiuo vellem:velles &c.voluisse:voluſſes &c.volam:volas &c. Subiunctiuo volam:volas &c.vollem:volles &c.voluerim:volueris &c.voluisse:voluſſes &c.volueſto:ris &c. Infinitiuo velle voluisse. ce teris caret. vnum participium eſt volens. Sic mallo:uis: & nolo:nonuis coniu gabis:nisi pī nolo habet in imperatiuo singulari noli:nolit. Pluraliter: nolite. Futuro nolito. Pluraliter nolitote.

Indicatiuo Ouat (i. gaudet) Imperatiuo oua. Infinitiuo ouare. Participiuz eſt ouans. raro vel nunq̄ plura inuenies.

Aueo/es (i. cupio/is.) salueo/es (saluus ſum) valeo. es (validus ſum) nul lo modo defectiua vocari debent:niſi pī aueo & salueo preteritis & ſupinis deſciunt. vt in precedentī capite ſatis patuit. Quoniam vbi ſaluto inquietis: aue nihil aliud dico pī bene cupe ſue bonam habe voluntatem. Cicero in offi. Cū ſumus negotijs curioḡ vacui tum auemus aliquid audire & diſcere. Cum diſco Salutē eſt iſ ſaluuſ. Hora. in epi. Vrbis amatorem fuſcum ſalutare iubemus &c. Cuſ inqui. Vale eſt iſ validus. Quinti. de ora. Hos omnes valere iubeto ergo (vt diuincule eloquar) in numero ſtultorum penitus habēdi ſunt q̄ hac tria verba defectiua cefent. Muſtoq̄ ſtultiores qui explicit expliciunt latinis immiſſent. cum nunq̄ ab homine latino proferantur. Dices igitur explicitus ſinitus/vmbilico coronidi ve datus eſt liber; vel expliciti finiti &c. libri.

Quando ne queſitum eſt/n verbi in fine coliæret.

Ne interrogatiue acceptuz in fine dictiōis e deposito recte componitur nec propterea defectiua dictio redditur. vt video. i. video ne: The. i. eunu. Videon philorchium: viden. id eſt vides ne: Verg. Aeneido. vi. Viden vt gemine ſtent vertice christe. videmun: id eſt videamus ne: Plaut. in merca. Redēuntē ſtoro ſenem videmun: videbon. id eſt videbo ne: Idem. Pape Hercule quā mea ſunt videbon: De alijs verbis dic pīfomiter. In oībus fere modis /tpib⁹ & pſonis

Hac raro for. fer/dor/der/furo ſcripta videbis.

Quinq̄ persona: prime rarenter ſunt in vſu. 1. for faris: fer feris vel fere &c. Dor daris &c. Der deris vel dere. &c. Euro: vel: furio:is. Forum tamen compo ſita in vſu creberrima ſunt. ſicut aſtor: circundor: perfuro &c.

Dic/duc/fac/fer/habes. ficio tantum fice donat.

Quattuor verba apocopen in imperatiuo patiuntur. quia dico habet die p̄ dice. duco duc pro duce. facio fac pro face. fero fer pro fere. Composita autem a

ſy m̄tib⁹ ſe inſtruerint. hoc q̄ fīc quod vſtu⁹ ut fer in entionem
lubani q̄t amoni dure ſedatib⁹ p̄t p̄nrohodet.

Petri Ponta. Caput. 3. Sextum.

X. *ambitio* p. pro. v. p. q. calypnus) dñe. q. p. sunt et etare grad. *Amicitia* vero per poly. m. ab anima virtute. *Amicitia* f. facio que non mutant a in i simplex imitantur sicut beneficio benefac, caletacio, calesfac, sed que mutant imperatiuum in e regulariter mittunt, vt perficio perfice refice &c. Cae de stultorum numero habearis qui hac impre ratiua ad differentiam aliarum dictiōnum sic terminari tradunt, quia illorum traditio nihil nisi quedam amoris loquatio est, dicunt enim duco habet duc ad differentiam huius ablativi duce, velim dicerent, quare duco habet ducis in sequunda persona, cum dux habeat ducis in genitiuo; sic facio cis. & fax facis, sed verbis indigna est hac quastio nisi puerorum ingeniola hisce deliciamentis corrumphi dolorem, tota igitur ratio est grammaticorum recte loquendi consuetudo.

Syncopa vi recipit, nisi vox byssyllaba detur.

Sed nosti/scisti/flasti flesi bene dices.

¶ Syncopa reperitur in praeterito terminato in vi quotacūq; cōiugatiōis, fuit, & in temporibus a praeterito formati, vt amasti pro amauisti, amaram pro amaueri, amassem pro amauisse, amarim pro amauerim, amaro pro amero, amasse pro amauisse. Sic delesti pro deleuisti, deleras pro deleucas &c. Petisti pro petiuisti &c. Aудisti pro audiuisti &c. Veritamen si pr̄teritum ē bissyllabum sicut vidi legi/mouis/nunq; nisi causa carminis apud poetas lyncopatur, his quattuor demptis. Nosti pro nouisti &c. noram pro noueram, &c. Scisti pro sciusti &c. flasti pro flauisti &c. flesi pro fleusti &c.

Hæc odi/noui/coepi/pepigi/meminiq;

Præterito & natis flettes, dic tote memento.

¶ Quinq; verba declinantur solum in praeterito & temporibus inde formatis, sunt q; sub una voce praesentis & preteriti temporis. Odi(. i. odio habeo ha bebam & habui)oderam/odissem/oderim/odero/odisse nec aliud. Noui(. id est cognosco cognoscēbam cognoui)noueram, &c. Capit(incipio incipiebam incipi)cooperam &c. Pepigi(pactum facio faciebam feci)pepigeram &c. Memini(memor sum/eram fui)memineram &c. hoc tamen ultimum præteri tera habet in imperatiuo singulare, memento. Pluraliter mementote.

Gaudeo/cum soleo fido/audio/moereo/fio:

Præteritum tantum passiuorum tibi donant.

¶ Sex verba neutro passiua terminantur in o sicut neutra, sed præteritum & tempora indeformata mittunt ad morem verborum passiuorum. Gaudeo gaudes/gauisus sum, oleo es, solitus sum, fido is, sisus sum. Audeo audas, ausus sum, moereo es, mostus sum, fio, fis, factus sum, significationes patent, in nostra autem llagoge septem ponuntur, sed illic præludia tantum grammatica.

De verbis defectiis & anomaliis. Bo.lxxx.

tices succino hic paulo maiora consequimur. ergo nota quæ succedunt,

Sed placeo/titubo/pateo/careo/mereoq;

Cœno/piget/miseret/tedet/iuroq;/licetq;/

Prandeo/poto/libet/nubo/suesco/pudet istis

Neutrius & passi tu præteritum bene confers.

Decem & septem sunt verba qua præteritum & tempora inde formata in differenter mittunt sicut neutrum vel sicut passiuum. Placeo es placui placitum. Quint. de orato. Cunctis placitus dum viueret erat titubo as, id est vacillo more ebriorum titubauit titubatus sum. Ouidius in epi. In lutea preces sunt titubatus humo. Pateo es, (id est manifestor vel aperior) patui passus sum Cicero. in orato. Quid fecerit aut cogitauerit vobis passus est. Careo cares carui casus sum. Lactan. de iusti. Quo gaudebat prædio sequendum iura casus est. Mereo meres merui/meritus sum. Quin. de pau. De me nihil vñq; est meritus qui optimum non exoluenter precium. sed tunc prima corripitur. Lucre. libro quarto. Aere merent paruo d.c. Ceno. as; cœnauit cornatus sum. Laetan. de pue. perd. Per tide q; moretetur apud meconatus fuerat. Piget/ piguit/ pigitum est. Plauti. Quantum tuatua me pigitum est rerum adhuc necis. Miseret miseruit misertum est. The. in phormio. Ita me dij ament misertu est earum. Tedet tedauit pertigsum est. Verg. Aeneid. iiiij. Sinon pertesum thalami tedeiq; tralet. iuro/as; iuratu/iuratus sum. Cicero. in epi. Iuratus fuerat. Ita se facturum. licet licuit licitum est. Plaut. in Trucu. Nec seu quicq; eorum licitum est. Prandeo es. prandi pransus sum. Mant. in syl. Pransus erat cum ieiunios malus ore grauaret. Poto. as. potau. potus suz. Theren. in Baccidi. Cu virgine vna adolefcens cubuerit plus potus. Libet libuit libitum est. Cice. de natu. deorum. Causam ne quere ita maioribus libitum est. Nubo/is/nupsu/ nupta sum. Ouidius in Episto. Nunc ego nupta feror. Suesco/is/sueui/suetus; sum. Boe. de conso. Suetus in æthereos ire ineatus. Pudet/puduit/puditum est. Plaut. in merca. Ita me dij iuuent tui sceleris me pudatum est. Significantes vel iam patuerunt vel alias patebunt.

Diuertor/mereor/liceor/laivor/atq; pacifcor

Tergor & operior abstringor neutra sequuntur.

Octo sunt verba neutripassiva: quia in or terminata mittunt pteritum & tpa inde formata; sicut neutru. Diuertor diuerti/diuerti, alteru eundo p aliam viam træfo. Plau. in aulula. Nuf. p hodie me diuerti/eris; futuru est indicatiuus. Quint. de ora. Hoiem vbi diuertissi impudens. Mereo mereris merui aliquid facio; vñq; qçp habere debeo. Mat. de virg. Virtute prima q lat tacuisse meret.

Moy diuertit mi qui me no[n] uide
Hoc mi pto si q d'lungo de te bene morui. Regn. sp.
misi vñq; by de me ueru caro

*Quāti liceo hor. ponit. I. a. obv. S. grecus
et b. obv. et pugnab. vob.*

Petri Pon.

Caput Sextum.

Verg. aenei. iiiij. Si bene quid de te merui. &c. Liceo liceris/licui astimo. Persius. saty. v. Et centum gracos curto centusse licetur Cice. de or. Quāti licuisse tu scribis ego id quoq; audieram. Lauor laueris laui. mundor. Plauti. Nullo adhuc aere lauitur. P. laut. in baccidi. Rogas lauit bibit & prope dorsum. Pacifor paciferis. pepigi. pactum facio. Verg. aenei. viij. Mortemq; voce lunt pro laude pacifici. Idem ibidem. Bissenos pepigere dies. Tergor (& potius) abstergor/abstergoris. abstensi/mundor. Cicero de fa. Non hac ab oculis facile tergitur lachrima. Idem in retho. Facile abstersit quod maduerat. Opperior/iris. opperiri expecto.. cuius futuru est opperiar & opperibor. sicut a partiori partiar & partibor. Hora. in epist. Nec tardum opperior nec precedentibus insto. Plau. lib. i. Horā ne iam opperisti. Therē. in eunu. Hic ego interea virū operibor. Apul. lib. iiij. Vterq; sublatius est parens bona iure partibimus. Abstringor/geris. abstrinxii. obligor. Cice. in epi. Tu tuo abstringeris proloquo. Idem in offi. Quem data fide nuper abstrinxerat. Nam varo dubita & hac præterita alijs quoq; verbis seruant. vt in præcedenti capite ostensum est. quoniam nihil inconuenit diuersa verba eodē gaudere præterito. dummodo rei diuersitatē efferant. vt a cresco/is. creui. a cerno/is. creui. & si fidelius requirit testimonium vide. Aul. Gelliu. li. ij. ca. xxij. Vbi hac ferre eadem tradit.

Vapulo/cum liceo/nubo/exulo/væneo/fio/

Neutra voce tenent passiuum significatum.

Sex sunt verba neutrapassiva: quia sub voce neutrali passiuam habent significationem. Vapulo/as. percutiō. Lucte. lib. ij. Grandine q̄ tectū tam multo vapulat ictu. Liceo/es. astimor. Man. cont. impu. scri. Dūq; licere volunt sua sit quacūq; voluptas. In more acutū spicula multa pios. Nubo/is. coniugor. viro vel contegor. Oui. de tri. Heu & discordi nupsit omnia viro. Exulo/as. exstra propriā terrā mittor. Māt. j. parth. Maria. Vir pluribus exulat annis. Conspicetus hoīm fugiens. &c. Vaneo/is. vendor. Lact. de pass. Diuūz hoīmq; falius modicum veniuit ob assem. Fio/is. notum est. sub quo comprehendes & eius composita ut defio/suffio/qd licet a simplici qñq; deciscat. nō tamen me diam habet ubiq; correptam ut quidam mihi contemporaneus spongiauit de quo alias plura differam.

Nullum est deponens quod non commune vocari

Interdum possit. sed crebrum respice morem.

Quia deponens alteram significationem deponit nullum est deponentiale verbum. quod in utraq; significatione accipi non possit. hæc tamen in communiore viu habentur nec noua abs te fingi consulerem. sed tantu; hæc tibi tradito. vt similia intenta excusare valeas. Largior/iris. tribuo vel tribuo. Horitor/aris. admoneo vel admoneor. Osculor/aris. osculum do vel accipio. Expector/iris. tento vel tentor. Stipulor. aris. incito vel incitor. moror/aris. expetio-

De verbis defectiis & anomalis.

Bo. lxxxij.

vel expector. tardo vel tardor. hospitor hospitaris. recipio vel recipior. hospitio. Criminor criminaris. accuso vel accutor. Amplector amplecteris. circumdo vel circundor propriæ brachijs. Veneror veneraris. honoro vel honoror. Dignor dignaris. dignum iudico vel dignus iudicor. Adulor adularis adulacionem facio vel recipio. Obliviscor obliuisceris. obliuioni trado vel trador. Interpretor declaro vel declaror. Solor solaris. consolationem do vel accipio. Alia huiusmodi penæ infinita sunt; quare certam dare nolui regulam.

Quem flexum donent impersonalia signes.

Impersonalium verborum declinatio summopere notanda est. tum quia in ipsis tertius personis singularibus flectitur, tum quia multis deficit exempla sunt.

Indicatiuo oportet/oportebat/oportuit/oportuerat/oportebit. Imperatiuo oporteat. Optatiuo oporteret. oportuisset. oporteat. Subiunctiuo. oporteat oporteret/oportuerit/oportuisset/oportuerit. Infinitiuo oportere/oportuisse. reliquis deficit.

Indicatiuo. tñdet/tñdebat/tñdedit vel pertñsum est. tñduerat vel pertñsum erat. tñdebit. Imperatiuo tñdeat. Optatiuo. tñderet tñduisset vel pertñsum est. tñdeat. Subiunctiuo. tñdeat/tñderet/tñduerit/vel pertñsum sit. tñduisset vel pertñsum est. tñduerit vel pertñsum sit. Infinitiuo. tñdere/tñduisse vel pertñsum esse. cateris caret.

Indica. euénit/eueniebat/euenit/euenerat/eueniet. Imperatiuo eueniat. Opta. eueniret/euenisset/eueniat. Subiunctiuo. eueniat/eueniret/euenerit. euenisset/euenerit. Inf. euenire/euenisse:cateris deficit.

Sic de passiis quoq; dicendum est.

Indicatiuo bellatur/bellabatur/bellatum est vel fuit/bellatum erat vel fuerat/bellabitur. Impe. belletur/bellator. Optatiuo bellaretur/bellatum est vel fuisse/belletur. Subiunctiuo. belletur/bellaretur. bellatum sit vel fuerit. bellatum est vel fuisse/bellatum sit vel fuerit. Infinitiuo bellari/bellatum esse vel fuisse/bellatum iri. reliquis deficit.

Sic docetur/legitur/auditur & omnia verba harum formarum cōformiter declinabis.

Et nimis antiquum:& concessum respue verbum.

Neq; verbum nimis antiquarium. neq; verbum aliunde accommodatum latino visu dignum est. deprimo. non dices cum antiquis excessis. pro excedas Irratis pro irrites. locassis pro loces. prohibessis pro prohibeas. Taxis pro tāgas. Danunt pro dant. Perdiunt pro perdant leuassio pro leuabo. Duis pdes creduis pro credas. duit pro det supplicassis pro supplices. negassis pro neges. adassint pro assint. Duas pro des. Seruallis pro serues. & plusq; sexcenta alia quæ passim apud comicos solos reperies. De sequūdo. Non etiam cum stultis dices. A rgo in praterito conuictus sum. Cerno vidi. ferio percutii. furio in-saniui. liquor liqueris. liquefactus sum. aio dixi medeor medicatus sum.

Petri Ponta. Caput Septimum.

Poscor postulatus sum. quatio concussi. reminiscor. recordatus sum. sido. sedi
Toller sublatius sum. Velcor pastus sum. Et alia innumera non nisi vetularuz
deliramenta prope foscum excogitata. Quoniam si huiusmodi accommoda-
tione. vt licet nulluz omnino verbum defectuum est. quere ex me cedo quo
modo habet in indicatiuo per tuam regulam respondeo. dico / fero / loquor / ser-
mocinor / affor / do / prebeo / concedo / & similia infinita quia synomina sunt.
quere etiam forem quo modo inflectitur. Respondeo sum es est. Sed haec missa
facio / quia neminem nisi sopno epymenidis obrutum hac latere arbitror.

TEΛΟΣ.

¶ In te Iesu spes mea recumbit.

¶ Caput septimum de octo formis
verborum.



ORMAS

octo tibi breuiter distinguere curo.

C Nunc de octo formis verborum est dicendum. que
sunt perfecta / frequentativa / effectiva / desiderativa /
motiva / initiativa / diminutiva / & apparitiva. Forma autem est quadam ver-
bi origo qua significationis distinctio apprehenditur.

¶ Perfecta.

Perfectum dices quod non aliunde resultat.

¶ Verbum perfectum sive perfecte forma: est quod a nullo formatur sed
alia verba de se format. vt curro: rogo. Si autem nihil de se format. nullius est
forma. vt cedo: forem. &c.

¶ Frequentativa.

Atum ito. sed gi: to petit. ex u: cætera dant o:/

Quod sit in or: parit or: primæq: est omne frequentans.

Frequentatiuum verbum est quod per suum primitiuum: & aduerbiu[m] frequenter aut equiuale[n]s recte exponitur. de quo quinq[ue] habentur regulae. Prima est. Quando primitiu[m] est primae coniugationis habens atum/in supino. tunc atum/supini vertitur in ito. vt rogo rogas. rogatum rogatu. rogitas. sic lectito: dictito: scriptito. &c. quia ab uno frequentatiuo aliud honeste formatur. Segunda est. quando præteritum primitiu[m] terminatur in gi. adiuncto to frequentatiuum habetur. vt lego/legis/legi/legito. Fugio/fugis/fugi/fugito. &c. Tertia. In alijs omnibus frequentatiuum sit mutando u[erbo] in o. vt cursu[m] cursu. curso cursas. visu[m] visu. viso visas. & cetera. Quarta. quando primitiu[m] exit in or. frequentatiuum quoq[ue] in or. finiri debet. vt tueor tueris: tutor tutoris. Minor minoris. minitor minitoris. &c. Quinta. Omne verbum frequentatiuum est prima coniugationis. vt visito. & cetera.

P. 36a frequentatio regularis
Sciscitor/& scitor/nato/fundito/quærito/sector.

Et pauito/loquitor/agito/cum pascito demas.

Decem verba frequentatiua aliorum formationem verborum non observant. Sciscitor/aris. & scitor aris. pro sciscito est interrogatio quarto. Plaut. in amph. Sciscitabor vera ne sint quæ refers. Horatius in epistolis. Scitari libet ex ipso quæro quæc[u]q[ue] refers dic ad coenam veniat. Nato natas. pro nito nitas. In aquis agitor. Persius saty. i. Suma delumbe saliua. Hoc natat in labris. &c. Fundito funditas. pro fuso fusas. abunde fundo vel propino. Plaut. in merca. Me miserum optum hic sitiens funditabo. Quartio as. pro quærito as. victu aliquo vili lucro acquirio. Quinti. de rust. Nunc lucemna miser hinc inde qua[r]titat. Sector aris. pro sequitor: est attente vel multum sequor. Persius saty. v. Vertentem se le frustra sectabere cantum. Pauito/as. cum paueo stipinum non habeat. i. multum timeo. Corn. de vi. alex. Saucius obscuris hostem pautabat in umbbris. Loquitor/aris. pro loquutor aris. scpe vel multum loquor. Lactan. contra iudeos. Attamen ita locutari nondum erubefcunt. Agito agitas. pro egito vel acto. id est vexo disturbo. Mant. de virgi. Peccoris infectos agitant peccata recessus: sed pro simplici nonnunq[ue] sumuntur. Vergi ii. Georgi. Ipse dies agitat festos. Pascito as. pro pasto as. id est abunde nutritio. Varro de re. rust. Greges & armenta in montibus herbo[s] foliicuis pascitant. Noscito autem de illorum numero non est: quia nosco habet notum & nolci tum. in supino & ita recte formatur. Noto vero cuius prima cor�pta est non venit a notum notu. sed a nomine nota. nec frequentatiuum dici debet.

Effectiu[m]

Sco/cum personis dant effectiu[m] sequundis.

o iij:

die p[ro]prio et 36o p[ro]prio.

primitius legamus.
Præteritoq; carent / nisi primi iura sequantur.

Verbum effectuum est quod in s^o terminatum per adiectum sui primitui & verbum, sio explicatur: & semper est: tertie coniugationis. vt calesco calidus sio. Frigesco frigidus sio. sic macresco pinguisco, ditesco / palleesco: valesco, &c. Nec vlo modo inceptium sive inchoatiuum vocari debet, quia nullam incepionem importat. vt abunde in regulis nostris videre licet. Duae igitur dantur regulae / vna est. Verbum in s^o fit a lequunda persona præsentis temporis indicatiui modi adiunctio co. vt caleo / cales / caleco. Sic ignesco ab igneo ignes, hæbelco ab hæbeo hæbres / dumesco a dumeo / dumes, quia deriuatum sape est in vslu cuius primitiu exoleuit. A ltera est. Verbum effectuum caret præteritis & supinis nisi forte pro primitiu vslu petur. Si tamen præteritum habeat. Illud attende discriminis. Macrui a macro, creo macro, est macer s^o. Licet etiam nunc s^o pinguis. Se macrui a macro, est macer factus sum, cum aliquando pinguis fuerim: dic de alijs similiiter: quam differentiam abundius declarata habes in regulis sequunde partis.

Hanc contra legem formabitur hisco / fatisco.

Duo verba in s^o formantur contra regulâ aliorum hisco / hiscis. pro hisco, est loquor. Plaut. in Tru. Ne hiscere quidem audet. Est dubito. Ne ius, Hiscit dubius est quid agat. Est aperior. Ouidi. de Tristibus. Hiscere namq; tibi terra neganda foret. Fatisco fatiscis sine aspiratione pro fateco: id est desficio sive fatigatus sio. Statius quarto Thebaid. Brachia iam pridem cyclopum operosa fatiscunt, sed fathisco cum aspiratione est multum aperior. compositum ab hisco & fatim: id est multum. Ambro. in hex. Plarūg³ terra mesidianae, plague torreter arboribus atq; estu soluta fathiscit in puluitem.

De syderatiua/

Voluntas enim in syderatu sive appetitu dubit.
Summa supina r^o sumant cupientia reddent.

Verbum syderatiuum est quod in r^o terminatum per infinitum sui primitui: & verbum cupio aut synonimum explanatur estq; semper coniugationis quartæ sine præteritis & supinis: sicut in quarta coniugatione ostensum est. elurio cupio esse, cacaturio cupio cacare. sic poturio: micturio, dormiturio &c. Nec vlo modo verbum meditatiuum dici potest: quia longe aliud est meditor comesse. & elurio. Nam potu ciboq; plenus in prandio sepe meditatur quid in cana comedet non tamen elurio: dic de alijs pariformiter.

Motiuas.

Exaudiens.
Verbum quod dat s^o motiuum dicere bebes.

De octo formis verborum.

Fo. lxxxij.

Verbum motuum est quod in se terminatum per gerundum sui primitiū cum præpositione ad/et verbum eo/ is. aut synonimū explicatur. estq; conjugationis tertia. nec certam formationis regulam habet. vt viso visis. eo ad videndum. capello capellis. eo ad capiendum. sic facessō: accersō: arcessō. & cetera. De stultorum albo lute censemur; qui h̄c & similia defuderatiua vo cant.

¶ Imitatiua.

Imitat.

Soc̄ imitatiū dices: quod nomine ducis.

Verbum imitatiū est quod in se finitum imitationem sui primitiū significat. Formaturq; ab illo casu sui primitiū qui terminatur in I. vt a patri patrī. id est patrem imitor. Therē. in phormione. Laudo thespho patrīz̄ abi te virūs iudico. sic matriso: fratiso: lupiso: capriso. &c. Plau. in trucu. Au din voce strepera vti capisset. Est autem coiugationis primā. & nullo deficit. quēdā tamē in or/exeunt. vt philosophor: poetis̄. &c.

¶ Dīminutiua.

Verbum quod minuit in lo/finire solemus.

Verbum diminutiū est quod in lo/ finitum sui primitiū diminutio nem importat. estq; conjugationis prima & formatur a sequūda persona præsentis indicatiui mutando as/es/vel is/in i/ & addendo lo/ vt a tento/as. tentil lo tētillas. est modice teto. Plau. in bacci. Quid frigat tētilla queſo. A forbe forbes forbillō as. parum vel paulatim forbeo. The. in heautō. Cyathos forbillans paulatim hunc producam diem. a caluo caluis | cauillo cauillas: vel cauillor: aris. partū & latenter caluo. i. decipio. Quinti. de ora. Cauillare solitis rara fides adhibetur. Cic. de natu. deorum. Atq; etiam in eo cauillatus est. a gario: is. garrillo vel irregulariter garrulo: parum garrio. Pitiflō autem id est parū gusto non est proprie huius formæ nisi secundum significantiā. Then. in andria. Pitiflō modo mihi quid vini assumpit. &c.

¶ Apparitiua.

Appariti.

Verbum apparet ico/quod dans actum manifestat.

Verbum apparitiū est quod in ico/ terminatum actum primitiū in manifesto fieri denotat. estq; conjugationis prima: & formatur a sequūda persona præsentis indicatiui mutando as/es/vel is/in i/ & addendo co/ vt a bello bellas: bellico bellicas. id est eparenter bello. Statius. Theba. vii. Bellicat ery philon nec adeſt qui quominus ausit. Ab albeo:es. albico:as. id est manifeste albeo. Vlant. primo Parth. Maria. Albicat intactum niueo velamine corpus.

Petri Ponta. Caput Octauum.

As fodio fodis; fodico; as. manifeste fodio. A nutrio is. nutrico; as. manifeste nutrio. A vello is. vellico as. Hora. in ser. Vellicet absentem demetrius; &c.

ΤΕΛΟΣ.

A In te IESV spes mea recumbit.

A Caput octauum de his quæ ad pleniorum verbo rum noticiam habendam maxime attinent.



A V C V

la quæ verbis prosint documen
ta retexam:

CQd in tribus nouissimis capitibus de verborum conjugatione abunde tractatus est. hic tamē superuacaneū nihil fore duxi quasdam gñales doctrinas de verbis ad huc inferam. quæ cū ignorantur maximaz saxe apud autores pariunt confusionem. Si autē eorum quæ dicentur veritatis exempla incredui? aliquāde postulabis. ad alios grammaticos qui. plixitate gaudent. vel ad vocabularios codices te referto. & omnia tibi sole clarius enotescet. Ego obiter meo more puerulos instruam. Non nihil tñ testimoniorum vbi peropus erit admīculatiōnis gratia hac additione amicorum consilii substituam.

A Confusa in prima persona præsentis indicatiui.

Appello/fundo/volo/compello/sero/mando/

Dico/educo/lego/cedo/confusa vocantur.

CDecem verba habent primam personam presentis indicatiui confusam. tu quia varie sunt conjugationis: tu3 quia diuersa significat; interduq3. licet ad hunc locū non attineat) optime variat. Appello; as; aut; atum; voco. Ouid. infast. laq3 potens in illo genitorem appellat amico. Appello; is; appuli appulius applico vel adduco. Theren. in andria. Poeta cum; primū animū ad scribē-

De quibusdam ad verba spectantibus. Fo. Ixxxiii.

dum appulit. Vergi. aeneid. iii. Hinc me digressum vestris deus appulit oris.
Fundo; as; aui; atum. Iacio stabilio. Cice de fa. Pacem fundare inconcussam
deorum est. Fundo; is. fudi fufum. liquefacio vel emitto. Plaut. in aulu. Pa-
t opides meas ad una igne fudit. Vergilius aeneid. i. Septem ingentia victor
Corpora fundat humi. Volo; as. aui; atum. velociter moueor proprie auium.
Iheren. in phor. Ne frustra illuc expectet vola. Volo; vis volu; absq; supino vo-
luntatem habeo proprie hominum. Persi. saty. v. Licet ut volo viuere num-
sum liberior bruto. Compello; as; aui; atu; alloquor. Verg. aenei. iij. Ultro fles
ipse videbar compellare virum. Compello; is. pull. pullum. cogo vel congre-
go. Ouid. iij. meta. Me compellit amor qua; sit lententia fari. Vergilius in Buc-
colicis. Compulerantq; greges Corydon & Thrysis in unum. Seru; seras; se-
raui; seratum; claudio. Plaut. de mer. Sera quod habes si sapis cautius. Seru se-
ris seu vel seru saturno; planto vel semino. Cice. de na. deo. Quod multo labo-
re ferimus facile metit alter. Mando madas aui. atum. precipio sive commis-
to. Theren. in heauto. Huic mandes si quid recte curatum velis. Lactan. lib.
iij. insti. O miseris atq; miserabilis qui stulticiam suam litteris memorieq;
mandauerunt. Mando madiis di. sum. comedo. Plaut. in bacci. Mandis ne vt
offeruntur omnia. Dico dicas aui. atum. prima correpta consecro; confirmo.
Verg. aeneid. i. Conubio iungam stabili ppriamq; dicabo. Dico; is. xi. ctum.
prima producta splendide loquor qd est oratoris. Verg. aenei. i. Est locus helpe-
riam grais cognomine dicunt. Educo educas aui. atum. media correpta nus-
trio. Verg. aeneid. vij. Quattuor hic iuuenes totidem quos educat vvens. Edu-
co educis xi. ctum. media producta extra duoco. Verg. aeneid. nono. Hoc dicens
eduxit corpore telum. Lego legas; aui. atum. prima longa mitto vel in testa-
mento reliquo. Plauti. Ad rectum iam te legabo. Lucre. lib. v. Mile pater
moriens nobis sextertia legat. Lego legis gi. ctum. prima breui colligo; tran-
seo furor; libros reuolu. Verg. in Bucco. Qui legitim flores & humili nascen-
tia fraga. Idem ibidem. Siue oram Illirici legis equoris. &c. Idem ibidem.
Vel qua sublegi tacitus tibi carmina. &c. Persius. saty. i. Qui leget hac! &c.
Sedo sedas aui. atu. pacifico; lenio. Man. in Bucco. Dum sedare litim prope-
rat fuit amplius. &c. Cedo cedis cessi; cestum. prebeo vel obedio. Plaut. in au-
lu. Cede cito dextram. Mant. i. Parth. Maria. Creditq; nouo latonia phibeo.
Cedo cedis cæcidi casum. percutio vel occido. Verg. aeneid. iij. Cæduntur via-
giles. & catena.

¶ Quæ primæ & tertiae sunt coniu-
gationis.

As; is; nexo; lauo; arto; crepo; sono; & a cubo donant.
¶ Quinq; verba pro eodem significatu sunt primæ & tertiae conjugationis si-
c ut copioita a cubo as. de quibus in preambulis pteritorum & supinorum di-
ctum est. Nexo nexas; vel nexo; is. xii. xum. ligo. Sta. iiii. The. Se multo ne-
rat in hamo. Sene. in trag. Nexe fortius parebit. Lauo lauas lauati lauatum

*J. deo. & M. quod
Saluator me dñebar*

Petri Ponti.

Caput. Octauum

vellauo/lauis/laui/lotum/purgo vide in prima coniugatione. Arto/artas/artauis/artatum: vel arto artis arxi arctum/ compello constringo. Theren, in eu-
nu. Arta liberius. Cice de natu. deo. Quos praeterea charos habemus eos
duriusculi artere non veremur. Crepo/crepas/vel crepo/crepis/crepu/crepita/
frangor: resonio. Plau. in tructu. Dic mihi nunquam tibi intestina crepant: Corne.
de vita Alexan. Arma sumus baris crepimus mauorte sinistro. Sono:sonas:
vel Sono:sonis/sonui/sonitum/sonum emitto. Peritus satyra tertia. Sonat vi-
tium percussa maligne &c. Lucre. lib. undecimo. Nos sive non tali sonimus &c
Accubo/accubas/vel accumbo accumbis accubui: accubitum: assisto. Ver-
gilii Aeneidos sexto. Furiarum maxima iuxta Accubat. Idem primo. Tu-
das epulis accumbere diuum. De reliquis compositis a cubo pati forma dicio

¶ Actiua. primæ a quibus neutra sequundæ.

Plæraq; sunt actiua per as/quæ neutra per es dant.

Multa sunt verba actiua coniugationis primæ: que formant de se neu-
tra absooluta sequunda: sub hac tamen differentia: q; actiuū transituam actio-
nem. neutrū vero intrinsecam passionem importat. vt duro/duras/durum/
facio. dureo:dures: durus:sum. sic denso/densas:densoe/denses/. liquo:liquas:
liqueo:liques. Albo/albas:albeo:albes:nigro:nigras:nigreo:nigres:fordido:
fordidas:fordeo:fordes:madido:madidas:madeo:mades &c. Prope infinita.
Quid. de Tristi. Aida membra trahit quid madidare iuuat. Mant. in syll. Al-
sidua in scelicebrietate madet.

¶ Que sequundæ & tertiae sunt coniugationis.

Strido/cauo/cieo/fulgo/claudio/videoq;

Tergo/olo/conniuo/excællo/rido/quoc; feruo/

Es/aut/is/præbent. sed vulgarem sequar usum.

Duodecim verba sequundæ & tertie coniugationis esse reperiuntur. quod
diligens preceptor in productione vel correptione vocalis e in imperativo & in
infinitivo facile perpendet. Ego igitur partis dubiq; tantum testimonia subne-
ctam. Strideo: strides: vel strido: stridis: resonio proprio dentibus vel igni. Ho-
ra. in sermo. Stridere secreta diuersos aure susurros. Caeuo:caues / vel cauo/
cauis/euito:prouideo. Hora. in episto. Viue vale caue ne titubes mandataq;
frangas. Cieo: cies: vel cieo: is: commoueo:voco. Col. libro tertio. Ea res cit-
aluum. Fulgeo/fulges/vel fulgo/fulgis/luceo. Vergilius Aeneidos sexto. Il-
le autem paribus quas fulgere cernis in armis. Claudeo/claudes/vel claudio/
claudis/obstruo. Lucil. libro quinto Actutum claudebo fores. Video/vides/

vel vido/vidis/aut si maius vido/vidis/oculis percipio. Persius satyra prima.
Auriculas vide sis ne maiorum tibi forte &c. Tergeo:terges/ vel tergo/tergis
 mundo. Iuuenalis satyra quarta/Vasa aspera tergeat alter. Oleo/les/vel olo/lis
 feteo. Plau. in bacci. Olunt ades arabicas. Coniu eo: ues vel coniuo/conniuis
 consentio noctu oculorum. Lucret. libro texto. Plurima dissimulant nimium
 conniuere cauti. Excelleo/excelles/vel excallo/excallis/prasto laudibus. Cor
 ne.de vita A lexan. Omnibus ingenti vult excallere triumpho. Rideo/rides/
 vel rido/ridis/risum facio. Plaut. in merca. Hem & ridam vbi te cōtuebor &c.
 Feru eo/ferues/& feruo feruis/caleo/accelero. Vergilius primo Georgiorū.
 Feruere non illa quisq; me nocte per vndas. Licet autem hāc ita passim apud
 probatissimos authores sepiuscule inueniantur communionei vsum sequi
 consulerem.

¶ Verba tertiae & quartae.

Ast orior/potior/morior/cupio parioq;

Sunt ternæ/aut quartæ/sed tutum consule morem.

¶ Quinq; verba tertie & quarte conjugationis esse leguntur. Id testabor qd
 plus habet dubij. Orior oriris orire/vel oreris/orere/nascor cresco. Ouidius.
 quinto Methamorpho. Tu quoties oreris viridiq; in cespite flores. Potior/po
 titris/potire/vel poteris/tere/obtineo/sed in infinitivo dic potiri nū p; poti. Oui
 di. in episo. Tuq; tuis armis nos te poteremus achille. Morior moriris mori
 re/vel moreris morere/pereo. Vergi. Aeneidos sequndo. Nunc morere hoc
 dicens alтарia ad ipsa trementem Traxit Cupio cupis/cupe cupere/ vel cupio/
 cupis/cupi cupire. defydero. Luca.lib.quarto. Naturę primus terrarum claus
 stra cupiet. Pario/paris/pare patere. vel pario paris parire/factum emitto. Aen
 ius. Oua parire solet genus pennis decoratu. co tamen quod rarius occurrit
 rarenter vti memento.

¶ Eadem præterita duobus verbis,

Tendo/tendo tetendi/pendo pendo pependi.

Lugeo luceo luxi.mulgeo mulceo mulsi.

Frigeo/frigo/xi/per/uic; aceo vel uo dat.

Et cresc o cerno creui/paueo quoq; paasco.

Dant paui. vertor cum verror versus habebit:

Sic pandor patior passus: quæ dupla vocantur.

Decem sunt præterita que duobus verbis significato differentibus singula conueniunt tetendi/tetendisti a tendeo/tendes; id est extensus sum. & a tendo tendis; id est eo. Pepondi/pependisti/a pendo/pendes. id est suspensus suspensus sum; & a pendo/pendis/pondero vel existimo. Lux/luxisti/a lugeo/luges id est tristor. & a luceo luces/clareo. Multi/mulisti/a mulceo/mulces; id est mitigo piano. & a mulgeo mulges/lac extraho. Frixo/frixisti/a frigeo friges/fribus patior & a frigo/frigis. aliquid coquo in sartagine. A cui acuisti ab aco/aces, id est acidus sum. vel ab acuo acuis acutum facio. Creui/creuisti/acre sco creciscis; id est nascor & a cerno cernis; id est video. Pauis/pauissit; a paueo paues; id est timeo; & a pasco pascis/nutrio. Versus sum vel fui a vertor vertitus; id est immutor & a terror/verteris; id est protrahor. Patus sum / vel fua pandor panderis; id est aperior; & a patior pateris suffero. & ita vocantur præterita dupla: quia geminis verbis congruunt. Itis possunt addi omnia verba scilicet terminata; de quibus in precedenti capite habes. Hæc autem clariora esse arbitror q[uod] ut testimonia requirant.

Simplicia quæ mutant/a/in/e/ per compositionem.

Halo/mando/patro/lacto/damno/sacro/tracto/

Arceo cum pario/pasco/scando/apto/fatisco/

Et parco/carpo/cum farcio/spargo/pacisco/

Partior & gradior patior dat e compositiis.

Vnum & viginti verba mutant a in e per compositionem. halo/as. (spiraculum mitto) anhelo/anhelas; idem, sed cum ex nihil mutat, vt exhalo/exhalas mando/mandas/iubeo. Comiendo/commendas. idem sed cum re & de nihil verit. vt remando/remandas/demando/demandas. Patro/patras. Facio. Impetro/impetas/perpetro/perpetras. assequor. Lacto/lactas. lacte/nutrio/obligo/delecto/blandicijs attraho. damno/damnas. Ad vituperium indico condemnno/condemnas; idem. Indemnno/indemnas/non damno. Sacro/sacras/sacrifico facio. Consecro/consecras. idem. Execro/execras. vel execrор/execratis maledico. Tracto/tractas/dispono/pertrecto/pertrectas; ad finem vñq[ue] duco, detrecto/detrectas/dinpro vel absentem vitupero. obrecto/obrectas. idem. Arceo/arces/vero ne ad malum quis accedat aberceo aberces. idem. coerco/coerces/retineo. exerceo/exerces/arte meam frequenter ago. Paro/paris/partu3/emitto; comperio; comperis; inuenio; reperi; reperis. idem. operio; operis. rego. Pasco/pascis/nutrio. Compesco/copeclis; prohibeo ne comedas. depono/deponeo. ablinq[ui]s/ablinq[ui]s; idem. Detracio/detrectas. idem. Difecto/difectas. idem. Proscriptio/proscriptas. idem.

De quibusdam ad verba spectantibus. Eo. lxxxvij.

pesco:depescis a pastu repello. Dispesco dispescis. idem. sed translative refrango constringoqz significant. Scando scandis. in altum tendo: ascendo: ascendis. Idem descendis. deorum venio. Apto aptas aptum & conuentens aliquid facio. ineptio: ieptis. vel ineptior iris: id est nihil recte aut loquer: aut facio. cum ad & co nihil mutabis. vt adepto adeptas coapto coaptas. Fatisco: is. aperior defecisco eris. idem. Parco parcis: abstineo: ignoco: deperco: depercis: compenco: compercis. idem. Carpo: carpis. colligo reprehendo: decero: ex tero. idem. Farcio farsis. condimentis: repleo. coferrio: refertio: differtio: im pleo. Spargo spergis. paulatim illuc mittio: dispergo: is. distribuo: conspergo: is. irrogo. respergo. idem. pacificor: eris. pactum facio. depecisco: depecices: ris. pactum frango: competicor: eris. pactura confirmo. Partior: iris: diuido: impartior: itis. compertior: competitris. idem. Gradior: eris. vado: Congredior congrederis. simul vado. Ingredior intro eo: egredior exeo. Patior: patieris: suffero. perpetior: perpetieris. competior: competitoris. idem.

Simplicia quæ mutant/a/in/i/ per compositionem.

Tango manet/taceo/lateo/pando/cado/amico/

Frango/habeo/fateor/iacio/facio/sapioc/

Et placeo/rapio/capio/cano/ago/salioq/

Dant a sed i per compositum melius retinebunt:

Vnde i ginti verba mutant a in i per compositionem. Tango: is. palpo vel tentio. attingo: is. Contingo: is. Pertingo: is. idem. Maneo: es. notum est. proximeo: es. Supratollor. Emineo: es. insto. Sed cum his particulis per: re: & co. nihil est mutandum. vt permaneo: es. remaneo: es. commaneo: es. Taceo: es. Sileo. conticeo: es. reticeo: es. Obticeo: es. idem. Lateo: es. abscondor. Deliteo: es. subliteo. sublites. Colliteo: es. idem. Pango: is. canto. iungo. Impingo: is. compingo: is. impingo: infligo. Cado: is. ruo: occido: is. media breui: idem vel morior: concido: is. recido: is. idem. Amico: amicas. amicum facio inimico: as. inimicum acquo. Frango: frangis. rumpo: perfringo: is. infringo: is. confringo: is. idem. Habeo: habes. possideo. cohiceo: retineo. adhibeo. dono. inhibeo. prohibeo. veto. fateor. ris. concedo. narro. confitco: eris. profiteor. eris. idem diffiteor. diffiteris. nego. Iacio: is. propello. abiicio: is. proicio: is. reiicio: is. idem. Facio: is. ago. inficio: is. maculo. conficio. destruo. vel misceo. pfectio. conduco. Sed quoties facio cum particula componitur que non est praesposito nihil mutat. vt calefacio frigefacio. nisi forte ad primam coniugatio nem compositum transeat. vt magnifico. fortifico. mirifico &c. Sapioc/lapis.

Pre desipit opus non sed punitus despice

Petri Pon.

Caput Octauum.

gusto vel intelligo. Desipio/intellectum mentis perdo. Resipio/intellectum re cupero. Placeo places/gratus sum. Displaceo displices/gratus non sum. sed co placeo nihil mutat. Rapi rapis/violenter aufero. Corripio ripis. Arripio:ripis; Diripi: ripis; fere idem. Capio capis sumo. Concipio pis. Accipio pis. Recipi pis. nota sunt. Cano canis: canto: Concino is. Pracipio is. Succino is. ideo Ago agis: facio. Redigo redigis: repono. Exigo exigis: repello vel requiro. Prodigio prodigos: sumptuos expono. Adigo adigis: cogo. sed perago nihil variat. Salio salis notum est. Exilio exilis: extra salio. Prosilio prosilis: longe salio, sic desilio/in filio. & cetera.

Simplicia quæ mutant e/in/i/ per compositionem.

Cedo/premo/teneo/sedeo/rego/emo/lego/quero/

Et ledo plerumq; dabunt/i/compositiuo.

Nouem verba mutant e/in i/ per compositionem. Cedo/is. percudio. Occido occidis media longa interficio. Concidio concidis; verberando frango. Pre mo premis: torqueo. represso; comprimo; imprimis fere idem. Teneo tenes; habeo vel intelligo. Contineo es. retineo es. pertineo es. fere idem. Sedeo sedes: q uiesco. resideo/affideo/consideo/fere idem. Rego regis: guberno. Corri go corrigit. Dirigo gis. Erigo is. nota sunt. Emo emis: Comparo. Redimo redimis: idem. Adimo adimis: remoueo. Perimo perimis: occido. Lego legis: patuit. colligo: diligo: negligo. &c. Quaro queris: peto. conquiro is. disquiro is. &c. Ledo/is. offendio. collido is. allido is. relido is. fere idem.

Simplicia quæ mutant au/in/e/ vel in/u/

Audio vertit e. claudio fraudo per u/tibi mutant.

Vnus est verbum' mutans au/in e/ audio is. obodio is. alias autem nihil mutat. vt exaudio. duo mutant au/in u/claudio is. includo: recludo: occludo: fraudo as. defrudo as. & a paucis recte obseruari comperias; ideo vigilanti inuidendum puto.

Au in/o.

Au permuat in o/plaudo cum compositiuis.

Composita a plaudo habent o/pro au/ vt explodo: complodo: replodo: dis plodo. & cetera.

A/in/u.

De quibusdam ad verba spectantibus

Bo. lxxxvij.

V **quatio**/salto/calco/scalpo/capio dant.

Quinque verba mutant a in u per compositionem. **quatio**:is:agito.concudio
percudio:discutio idem. **Salto**:as;multū salto exulto:refulso iufulto. fere idē.
calco:as:pedibus contero. **Inculco**;exculco;proculco.idem. **Scalpo**:is:detra-
ho. **Exculo**:is:isculpo:is. statuas vel imagines excindo. **Capio**:is. **occupo**:as
Acupo:as. Alias autem capio a in i mutat ut nuper ostensum est.

¶ **V** in e.

V per e mutabit iuro componere si vis.

Iuro mutat u in e per compositionē. **Piero**:as. **Deiero**:as. **coniero**:as. idē.
qua in re barbarum vulgus turpissime hallucinatur ubique enim periuro adiu-
to coniuro per u in sequunda syllaba proferri audias cum re vera per e profers-
si debeant. Plaut. in met. Si quid fecit scelestē pro illo lingua peierat. Gel.lib.
iij.noc.tat. attica. Nam cum amicus eum rogaret ut pro te cauſaque eius filium
deieraret &c.

→ Simplicia verba quæ non sunt in usu.

Clino/pleo/cuso/pello/leo/frigeo/sipo.

Et fragor/specio/Lacio/pedio/nuo/fendo/

Hæc in simplicibus fugiens composta requiras.

¶ Tridecim verba non sunt in viu nisi per compositionem. **Clino**:as. a quo de-
clino:as. inclino:as. reclino:as. **Pleo**:es;a quo repleo/impleo/compleo. **Cuso**:
as. a quo incuso:accuso:recuso. **Pello**:as. a quo compello:as. appello:as. **Leo**:
es. a quo deleo/eleo:releo. **Frigo**:as. a quo refrigero/prerfrigero/confrigero:
Sipo/sipas. a quo diffipo/consipo/prafipo. **Fragor**:fragaris a quo suffragor:of-
fragor:refragor. **Specio**:is. a quo respicio/alpicio/cōpicio. **Lacio**/lacis. a quo
Illicio:is:pelliceo/pellicis. **Collicio**/collicis. **Pedio**/pedis. a quo præpedio/im-
pedio/compedio. **Nuo**:is. a quo annuo/renuo/abnuo. **Fendo**:is. a quo defensa/
infendo/offendo. Hæc autem tibi tradita sunt. tum ut probatorum locos
authorum aliquando excusare possis:tum ut tibi non videar omnisbus pro-
misce pro arbitrio posse vti.

Tereolog.

→ In te IESV spes mea recumbit.

Genuis a manu
et ab eo iussa
qui pro se dico

Ioānes Bellomayus Suesſionēsis. In Petri
Pontani Cæci Brugensis. Primam
grammatices partem lucerna
curaq; diligenti nuper ab
colabeculis extersam.

Et vbi opus viſum
est Testimonijs

recogniſ
tam. et



Cce ars eximio discussa palemone fulget:

Cuius & authorem laurea ſerta decent.

Qui vafer ingenuos iuuenes præceptor ad ornat:

Conſona debilibus ſufficit ingenij.

Clarior vlla nequit pueris doctrina parari.

Quæ nihil obscura traditione refert.

Flandria Parrhisi tam illumſtem palladis orthon

Ediderit: cuius ſplendida fama viget.

Ille eſt barbaricis ſophiæ qui ſordibus vnq;

Irrita grammatices dogmata prima tulit.

Conciliasse ſibi phœbeos crede ſophistas

Cæcum: virgineos incoluisse lacus.

Quicquid grammatici multis dixere diebus:

Illiū hic modica vos docet arte labor

Petrus Pontanus Cæcüs Brugensis in Aruo

Irriguo seuit / phocia grana suo.

Illiū nulla queunt calibeis torta lacertis

Vincula magnificum vi prohibere melos

Nox vbi perpetuo iam lumine tetra careret.

Hoc opus instituit / classicus ille parens

Ergo vbi fata sinent animam pertingere celos.

Numina diuinam sancta regemus opem.

Habes candide lector Petri Pōtani Cæci Brugensis Crā
maticē artis. Primam partem Octo succinctis diremptam ca
pitibus eiusdem nuper locupletatam cura A die etiisq; tertio
vbi opus visum est testimonij. sane breuissimum: sed opti
me frugis opusculum. Impressum Parrhisijs cura & sumptu
bus Bernardi Aubririjs bybliopole commorantis: in vico
Sancti Iacobi sub signo diui Martini. Vbi & venum p̄stat
Prēlarii vero pumice. Nicolai de Pratis in eadem vniuersita
te peruigilantis bybliographi tersum prodijt. Anno domi
ni Millesimo quingentesimo vicesimo. Pridie Kalendas Se
ptembri.

